



PUB. TERENTII COMŒDIÆ

NUNC PRIMUM ITALICIS VERSIBUS REDDITÆ

Cum Perſonarum figuris æri accurate inciſis ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ.



Filippo Barigioni inv. *Paolo Poſi Scol.*







URBINI
Sumptibus Hieronymi Mainardi.
Anno Domini MDCCXXXVI. Præſidum Permiſſu.

AUGUSTO III.
POLONIARUM REGI
POTENTISSIMO
DUCI SAXONIÆ
S. R. I. PRINCIPI ELECTORI &c.

HIERONYMUS MAINARDI
Typographus Cameralis.



UBLII Terentii Latinorum Poetarum longe elegantifsimi Comœdias, Italice vincta numeris

oratione a Viro præſtantiſsimo redditas, atque æneis Perſonarum figuris ex pervetuſto Bibliothecæ Vaticanæ Codice accurate expreſſis nobilitatas, typis meis editurus, Majeſtati Tuæ, AUGUSTE REX potentiſsime, dicare conſtitui, ut tanto ego Patrono augear, ac ſimul illi honorem magnum a TE accipiant. Quum enim ſupra homines a Deo Optimo Maximo ſis collocatus, ea excelſi animi magnitudine, ac indolis præſtantia emicas, qua omnium mentes ad TE attrahis, & voluntates. Summo Principi congruentes virtutes, quibus alii diuturno ſtudio, ac ſedula exercitatione ornari contendunt, tecum una natæ videntur, & adultæ. Illas autem adoleſcens ita expreſsiſti, ut nemo TE noſſet, qui non amaret; nemo tuos cogitaret, vel experiretur mores, qui

non admiraretur, & prædicaret. Spectatus es Rex antequam renunciarere: meritiſque exigentibus claris, mira animorum conſenſione ante votis, quam ſuffragiis electus es. Tuum nomen, dotes eximiæ, & illuſtria facta non modo Saxoniam atque Sarmatiam feliciter occuparunt, ſed etiam Italiam, Europam Univerſam, & Aſiam pervaſerunt: celebranturque cum laude merita, & ſcriptis, & ore omnium. Poſtquam ſubjectorum populorum ſpem implevisti, famam etiam ſuperaſti; deprehenduntque in dies ſingulos, qui tecum verſantur, neſcio quid inſueti, & excelſi, quod deſiderium excedit, & exſpectationem vincit. Nemo TE ſemel adſpexit, cui vidiſſe ſemel ſatis fuit: nemo TE adivit, qui non ſæpius adire exoptaverit. Neque id mirum: nullum enim audis, & mœſtum dimittis: nullum no-

ſcis, cui non bene feceris. Nihil grande, nihil eximium eſt, & heroicum, quod non moribus exprimas; nihil arduum, quod non impleas. Quum probitate, ac juſtitia maxime præſtes, æquitati charitatem, charitati religionem ſapienter adjungis: cui nihil anteponis, ac TE ipſum totum, tuaque omnia præclaris exemplis conſecras. Præfixiſti imperii tui fines publicam tranquillitatem, populorum felicitatem, & ſalutem: quibus bonis ita ſtudium impendis, & operam, ut nihil videatur TIBI eſſe potius. Tam eximiæ vero virtutes tantum abeſt, ut me deterreant, & a Majeſtatis Tuæ throno arceant, quin etiam clementer invitant, & alliciunt. Non eſſes magnus, ſi humiles deſpiceres; nec undecumque ſpectandus, ſi TE literæ ubique gentium Mecœnatem

non haberent, ac Patronum præsentissimum. Hoc ego potissimè fretus nomine meum Terentium TIBI offero. Dignum sane Rege Maximo opus, dignum etiam tuo amplissimo, & potentissimo Patrocinio. Quod si mihi, ac meæ item Typographiæ Regia Majestas Tua impertiri dignabitur, immortale decus, nec vulgare emolumentum utrique accessisse putabo.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

I. ABSOLUTÆ tandem doctorum Virorum studio recensioni Comœdiarum PUBLII TERENTII, ac lucem publicam subituræ cum Interpretatione Italica, & Personarum Figuris, æri diligenter, & accurate incisis, e re duximus Præfationem adjicere, ut universis pateat pretium operæ, quam cum orbe literario communicamus.

II. Et quidem quod ad Latinas TERENTII Comœdias attinet, eas ad exemplum exactiorum editionum exhibuimus: potissime vero clarissimi viri Danielis Heinsii recensionem sequuti sumus. Quippe qui matura, ac diligenti navata opera, qua lectissimorum manuscriptorum Codicum exemplo, & auctoritate, qua criticorum virorum judicio, & castigationibus, gravem cum primis, & elegantem Poetam nitori suo restituit: eodemque nomine a literaria Republica gratiam inivit singularem. Si quas labes Typographorum vitium intulit, auferre studuimus. Rectæ, probatæque Orthographiæ, atque interpunctionis præcipuam rationem habuimus: conatique sumus, ut omnibus suis partibus absolutum, & emendatissimum opus prodiret.

III. TERENTII Vitam ab Ælio Donato illustri Grammatico luculenter scriptam, veterumque Scriptorum de ipso Poeta judicia adjecimus. Neque tantum collectas ex universo opere Sententias, & graviter dicta, verum etiam verborum veterum, & raro usitatorum Indicem expressimus, ut cuique pro re nata usui sit, nulloque negotio Terentiani laboris legentes fructum capiant. Is enim est Auctor, qui lectores suos non modo mirifica sermonis elegantia, & insigni consummati operis arte detineat, & oblectet, sed etiam verborum pondere, atque sententiarum gravitate erudiat: modo lectio non fiat oscitanter, aut perfunctorie.

IV. Quæ autem editionem nostram præcipue commendant, & instar eruditissimi Commentarii ad Terentianas Comœdias non immerito haberi queunt, sunt veteres Personarum Figuræ, diligenter expressæ ex præclaro TERENTII manuscripto Codice, Romæ in VATICANA BIBLIOTHECA servato, Pluteo LI. numero 3868. Qui Sponio Judice, *mille annorum antiquitatem excedit*. Ille non modo *vultum*, verum etiam *totius corporis habitum*, quibus Theatrales Personæ TERENTII ætate uti consueverunt, egregie exhibet, Æneis


que Typis, a perito, ac diligenti artifice easdem exprimi curavimus, ut omnibus numeris constaret opus, bonoque literarum non minus exacte, quam magnifice consuleretur. Hunc Codicem eo nomine Fulvius Ursinus, Lucas Holstenius, aliique viri doctissimi, qui eum Romæ viderunt, & expenderunt, fecere plurimi. Anna Daceria, Tanaquili Fabri Fil. ejusdem Codicis præstantiam non ignorans, ex ipso Personarum Icones, quibus Actores Andriæ faciem tegunt, in editione Batavica excudi curavit. Anno subinde hujus Seculi decimo septimo, recusa a Rotterdamensibus est: non tamen cultior reddita. Ac licet Daceria multa de Figuris Personarum a se repertis, in manuscriptis Codicibus (quorum novissimus octo, vel novem Seculorum antiquitatem superare visus est) in Præfatione observat; earum tamen veram, atque germanam effigiem, non exprimit: neque tanta literarum lumina, ex Figuris ipsis haurire poterat, quæ non erant integræ. Christophorus Henricus de Berger omnium primus, quod sciamus, Personarum Figuras ex memorato Vaticanæ Bibliothecæ Terentiano Codice toto corporis habitu expressas edidit, præfixitque *Commentationi de Personis, vulgo Larvis, seu Mascheris* vulgatæ Francofurti, & Lypsiæ anno ab hinc quarto decimo; Sed cum iis nævis, atque defectibus, quos facile diligens quisque inspector agnoscet, si illas cum nostris conferat. Multas etiam præterivit, quæ suscepto labori, atque conatui pretium imminuit. At id Pictori non Scriptori dandum est vitio. Quum enim vir eruditus aliena sit usus opera, in hac parte jure illi adscribenda non est aliorum oscitantia, & negligentia.

V. Quoniam vero colorem vestium Personarum Ænei typi minime exprimunt: veterique Comicorum ritui pernoscendo conducit quam maxime illum addiscere; ex Ælii Donati Libro *de Tragœdia, & Comœdia* aperiemus. *Comicis Senibus* (inquit Donatus) *candidus vestitus inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur. Adolescentulis discolor attribuitur. Servi Comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, vel quo expeditiores agant. Parasiti cum intortis palliis veniunt. Læto vestitus candidus: ærumnoso obsoletus, purpureus diviti, pauperi Phœniceus datur. Militi chlamys purpurea, Puellæ habitus Peregrinus inducitur. Leno pallio varii coloris utitur. Meretrici ob avaritiam luteum datur. Syrmata dicta sunt ab eo quod trahuntur: quæ res ob scenicam luxuriam instituta est. Eadem in luctuosis personis incuriam sui per negligentiam significant.* Personarum habitus, ætatem, ministeria, gestus Figuræ ubique exprimunt, ac mirifice narrationi congruunt. Enimvero, ut citato loco scite Donatus animadvertit:

Per-

Personarum leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi, nemo diligentius TERENTIO *custodivit*. Ut ipsarum nota conditio faciliorem totius Comœdiæ intelligentiam pariat, præfiximus operi expositionem nominum Interloquutorum: quæ & ipsarum Figuris lucem, & Figuræ ipsæ singulis Comœdiis Personarum conditioni partibus, & characteri facem præferunt.

VI. Italica Interpretatio vincta numeris oratione eleganter, ac feliciter expressa auctorem habet virum clarissimum NICOLAUM FORTIGUERRAM. Is Pistorii in Etruria nobili, atque illustri genere natus, tum rebus Philosophicis, Theologicis, & Jurisperitia, tum etiam elegantioribus præstitit literis: excoluitque ingenium Poesi, qua Latine perinde, atque Italice valuit. Romæ, quo adolescens est profectus, multoties utriusque facultatis privatim, ac publice specimen edidit: neque semel lectissima insignium virorum spectante corona, variæ doctrinæ, ac lectæ eruditionis experimenta præbuit: quibus laudes eximias, & nomen retulit. A CLEMENTE XI. Pontifice Maximo, Literatorum Virorum Patrono beneficentissimo, in Pontificiam Familiam cooptatus, primum VATICANÆ BASILICÆ Canonicatu auctus, tum in Prælatorum ordinem est adscitus. Multa subinde gravia munera gessit: in quibus prudentiæ, dexteritatis, aliarumque virtutum argumenta edidit. Postremo a secretis Sacræ Congregationis de Fide propaganda renunciatus, quum in morbum incidisset, diuturna, ac permolesta ægrotatione vexatus, vita decessit die decima septima mensis Februarii, anno ab ortu SALVATORIS septingentesimo tricesimo quinto supra millesimum.



Jo. Bapta Sintes sculp.

PUBLII TERENTII VITA

PER ÆLIUM DONATUM.



PUBLIUS TERENTIUS Afer, Carthagine natus, servivit Romæ TERENTIO Lucano Senatori: a quo ob ingenium, & formam non institutus modo liberaliter, sed & mature manumissus est. Quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertii natus sit: & mortuus: nec si a Numidis, aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum pervenire potuisset, nullo commercio inter Italicos, & Afros, nisi post deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano, & cum Lælio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur: quod & ipsum Fenestella arguit, contendens utroque majorem natu fuisse, quamvis & Cornelius Nepos æqualeis omneis fuisse tradat, & Porcius suspicionem de consuetudine per hæc faciat:

Dum

Dum lasciviam nobilium, & fucosas laudes petit:
Dum Africani voci divinæ inhiat avidis auribus:
Dum ad Furium se cœnitare, & Lælium pulchrum putat:
Dum se amari ab hisce credit, crebrò in Albanum rapi
Ob florem ætatis suæ: ipsius sublatis rebus, ad summam inopiam redactus est.
Itaque e conspectu omnium abiit in Græciam, in terram ultimam.
Mortuus est in Stymphalo Arcadiæ oppido. Nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius:
Tres per idem tempus qui agitabant nobileis facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.

Scripsit Comœdias sex; ex quibus primam Andriam cum Ædilibus daret, jussus antè Cæcilio recitare, ad cœnantem cum venisset, dictus est initium quidem fabulæ, quod erat contemptiore vestitu, subsellio juxta lectulum residens legisse: post paucos vero versus invitatus ut accumberet, cœnasse una: deinde cetera percurrisse, non sine magna Cæcilii admiratione. Et hanc autem, & quinque reliquas æqualiter populo probavit. Quamvis Volcatius de enumeratione omnium ita scribat:

Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta est, meruitque pretium, quantum nulla antea cujusquam Comœdia, videlicet octo millia numum: propterea summa quoque titulo ascribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obscura fama est, auditum TERENTIUM in scriptis a Lælio, & Scipione, quibuscum familiariter vixit. Eandem ipse auxit: nunquam enim nisi leviter, se tutari conatur, ut in prologo Adelphorum:

Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobileis
Hunc adjutare, assidueque una scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
Qui vobis universis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio.
Suo quisque tempore usus est sine superbia.

Videtur autem se levius defendisse, quia sciebat Lælio, & Scipioni non ingratam esse hanc opinionem; quæ tamen magis, & usque ad posteriora tempora valuit.

Q. Memmius in oratione pro se ait: *P. Africanus, qui a* TERENTIO *personam mutuatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit.* Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Lælium quondam in Puteolano Kal. Martiis admonitum ab uxore temporius ut discumberet, petiisse ab ea; ne interpellaretur: serius tandem ingressum triclinium dixisse: non sæpe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse versus, qui sunt in Heautontimorumeno:

Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt. Santra TERENTIUM existimat, si modo in scribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione, & Lælio uti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere, quam Sulpitio Gallo homine docto, & qui Consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum, vel Q. Fabio Labeone, & M. Pompilio, consulari utroque, ac Poeta. Ideo ipsum non juvenes designasse, qui se adjuvisse dicerentur, sed viros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas Comœdias nondum quintum, atque trigesimum egressus annum, causa evitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorum instituta, moresque, quod perinde exprimeret in scriptis, egressus Urbem est; neque amplius rediit. De morte ejus Volcatius tradit:

Sed ut Afer sex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit: navim cum semel
Conscendit, visus nunquam est: sic vita vacat.

Q. Consentius redeuntem e Græcia periisse in mari dicit cum centum & octo fabulis con-

versis

versis e Menandro. Ceteri mortuum esse in Arcadiæ Stymphalo, sive Leucadia tradunt, Cn. Corn. Dolabella, Marco Fulvio Nobiliore COOSS. morbo implicitum acri, dolore ac tædio amissarum Satyrarum, quas in navi præmiserat, ac simul fabularum, quas novas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quæ equiti Romano nupsit. Item hortulos viginti jugerum, in via Appia, ad Martis villam: quo magis miror Porcium scribere:

Nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius:
Tres per idem tempus, qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus,

Hunc Afranius quidem omnibus Comicis præfert, scribens in Compitalibus:

TERENTIO non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solum Nævio, & Plauto, & Cæcilio, sed Licinio quoque postponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui solus lecto sermone TERENTI
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. Cæsar:

Tu quoque, tu in summis o dimidiate Menander
Poneris, & merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deesse TERENTI.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos TERENTIOS Poetas fuisse scribit Mettius: quorum alter Fregellanus fuerit TERENTIUS Libo, alter libertinus TERENTIUS, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse TERENTIUM Valgius in Actæone ait:

Hæ quæ vocantur fabulæ, cujus sunt?
Nos has, qui jura populis recensens dabat,
Honore summo affectus fecit fabulas?

Duæ ab Apollodoro translatæ esse dicuntur Comico, Phormio, & Hecyra: quatuor reliquæ a Menandro: ex quibus magno successu, & pretio stetit Eunuchus fabula. Hecyra sæpe exclusa, vix acta est.

VE-

VETERUM SCRIPTORUM

De Terentio Judicia.

O R A T O R U M.

Cicero lib.7. Epist.3. ad Atticum.

SEcutus sum non dico Cæcilium (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, cujus Fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a Lælio scribi.

Idem in Lælio ex persona Lælii.

Verum est quod in Andria familiaris meus Terentius dixit. Et mox: *In obsequio, quoniam Terentiano verbo lubenter utimur, comitas adsit.*

Tuscul. quæst. lib.3.

Multa Terentius e Philosophia sumpsit.

Lib.1. de Finibus.

An Synephebos ego potius Cæcilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam?

Lib. de optimo gen. Oratorum.

In re quod optimum est, quæritur, in homine dicitur, quod est. Ita licet dicere, & Ennium summum Epicum Poetam, si cui ita videtur, & Pacuvium Tragicum, & Cæcilium fortasse Comicum. Oratorem genere non divido, perfectum enim quæro. Unum est autem genus perfecti, a quo qui absunt, non genere differunt, ut ab Attio Terentius, sed in eodem non sunt pares.

M.Terentius Varro apud Nonium.

In argumento Cæcilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus.

Plinius Junior lib.1. Epist.16.

Legit mihi nuper Pompejus Saturninus Epistolas, quas uxoris esse dicebat. Plautum, vel Terentium metro solutum legi credidi.

Quintilian. lib.10. Institut. Orat. cap.11.

In Comœdia (Latini) maxime claudicamus: licet Varro Musas, Ælii Stilonis sententia, Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent. Licet Cæcilium veteres laudibus ferant, licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur: quæ tamen sunt in hoc genere elegantissima, & plus adhuc habitura gratiæ, si intra versus trimetros stetissent.

HISTORICORUM,

ET

GRAMMATICORUM.

T. Livius lib. 30. ab V.C.

Secutus Scipionem triumphantem est, pileo capiti imposito P. Terentius Culleo, omnique deinde vita, ut dignum erat, libertatis auctorem coluit.

Vellejus Paterc. Histor. lib.1.

Num nisi aspera ac rudia repetas, & inventi laudanda nomine, in Attio, circaque eum Rom. tragœdia est, dulcesque Latini leporis facetiæ, per Cæcilium, Terentiumque, & Afranium sub pari ætate nituerunt.

Corn. Nepos apud Donatum.

Æquales Terentii Scipio, & Lælius. Et: *Auctore certo comperi, C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martiis, admonitum ab uxore, temperius ut discumberet, petisse ab ea, ne interpellaretur; serius tandem egressum triclinio, dixisse; non sæpe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse versus qui sunt in Heautonti.*

Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt.

Fenestella ibid.

In fine secundi belli Punici, natum Terentium, & ante tertii initium mortuum. Et Donatus: *Cum Scipione Africano, & C. Lælio familiariter vixisse Terentium negat Fenestella, contendens utroque majorem natu fuisse. Santra quoque Terentium existimat, si modo in scribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione, & Lælio uti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere, quam Sulpicio Gallo, homine docto, & qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel, Q. Fabio Labeone, & M. Pompilio consulari utroque, ac Poeta. Ideo ipsum non juvenes designasse* (in Prologo Adelphorum) *sed viros qui se adjuvisse dicerentur, quorum operam, & in bello, & in otio, & negotio, populus sit expertus.*

Eusebius in Chron. interprete D.Hieronymo.

Ptolemæi VI. id est Philometoris, regno, decessit P. Terentius, quo tempore Aristarchus, Homericorum ille versuum censor, floruit.

Agell. lib.7. cap.14.

Vera, & propria hujusmodi formarum exempla, in lingua Latina M. Varro esse dicit, ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem lib.17. cap.21.

Neque magno intervallo postea Ennius, & juxta Cæcilius, & Terentius, ac subinde Pacuvius, & Pacuvio jam sene Attius, clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.

Servius Honoratus in 1. Æneidos.

Sciendum est Terentium, propter solam proprietatem, omnibus Comicis esse præpositum: quibus est, quantum ad cætera spectat, inferior.

P O E T A R U M.

Afranius in Compitalibus.

Terentio non similem dices quempiam.

Porcius Poeta.

Ipsus sublatis rebus ad summam inopiam redactus est.
Itaque e conspectu omnium abiit in Græciam terram ultimam.
Mortuus est in Stymphalo Arcadiæ opido, nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius:
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut esset quo referret obitum domini servulus.

Cicero in Limone.

Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti
Conversum expressumque Latina voce Menandrum,
In medio populi sedatis vocibus effers:
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

C. Cæsar.

Tu quoque, tu in summis o dimidiate Menander
Poneris, & merito, puri sermonis amator.

Leni-

Leuibus atque utsuam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceret.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deesse Terenti.

Ausonius in Protreptico ad Ausonium Nepotem
De studio puerili.

Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & astricto percurris pulpita socco,
Ad nova vix memorem diverbia coge senectam.

Et Epistola ad Ursulum.

Protulit in scenam quot dramata fabellarum,
Arcadiæ medio qui jacet in gremio.

Ovidius in Ibin.

Comicus ut periit liquidis dum nabat in undis.

Domitius de Terentio accepit, vel Menandro Bapt. Egnatius de Eupoli, de quo Suidas, & Aristophanis Scholiastes. Turnebus de Menandro in lib. ix. Adversar. cap. xix. *Volcatius, & L. Consentius apud Donatum redeuntem e Græcia periisse in mari Terentium dicunt, cum* c viii. *Fabulis conversis e Menandro.*

Horatius lib. 2. Epist. 1.

Ambigitur quoties uter utro sit prior; aufert
Pacuvius docti famam senis, Attius alti,
Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.
Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro
Spectat Roma potens, habet hos numeratque poetas.

Quo loco Acron sic ait:

Vincere Cæcilius gravitate (Cæcilius libros vicit antiquiores, alta verba, & sonora in suo carmine ponere solitus. Terentius arte) id est proprietate verborum, & Artis Grammaticæ. Unde principatum inter omnes Comicos habere dicitur.

Volcatius Sedigitus apud Agell. lib. xv.
cap. xxiv.

Cæcilio palmam statuo de Comico,
Plautus secundus facile exsuperat ceteros:
Dein Nævius, qui fervet, pretio in tertio est:
Si quid quarto detur, dabitur Licinio:
Post insequi Licinium facio Atilium:
In sexto consequetur hos Terentius.



Eq. Petrus Leo Ghezzius Inv. et delin

Fran. Aquila incid

Expositio Nominum Interloquutorum, & Personarum.

PERSONÆ ANDRIÆ.

SIMO : Senex ἀπὸ τȢ σιμȢ a naso simo, qui nimirum est pressis naribus, Italice *Schiacciato*.

SOSIA : Libertus ἀπὸ τȢ σώζεσθαι a conservatione, & saluté.

DAVVS : Servus nomen gentile a Δάοις gente servili.

MYSIS : Ancilla, etiam géntile.

PAMPHILUS : Adolescens ἢ πασὶ φιλός τίς ὤν, ἢ πάντας φιλῶν, ideſt omnibus carus, amabilis, ant omnium amicus, adversus nemini.

CHARINUS : Adolescens, gratiosum nomen ἀπὸ τῆς χάριτος.

BYRRHIA : Servus, ideſt rubeus, seu rubicundus πυῤῥὸς mutato π in β.

LESBIA : Obstetrix gentile.

GLYCERIUM : Chremetis filia ἀπὸ τῆς γλυκέρας ita appelláta a dulcedine.

CHREMES : Senex vel a χρεμήτεσθαι, quod est enixe expnere: vel potius a χρεμετίζω hinnio, quod est proprium vocis equorum. Athenienses enim equis alendis delectabantur.

CRITO : Hospes ἀπὸ τȢ κριτȢ.

DROMO : Servus ἀπὸ τȢ δρόμου a cursu.

PERSONÆ HEAUTONTIM.

CHREMES ; Senex. Vide Andriam,

MENEDEMUS : ἤ τοι τὸ τȢ δήμȢ μένος, ἢ μένων παρὰ τῷ δήμῳ, vel robur populi, vel apud populum manens.

CLITIPHO : Adolescens κλειτὸν φῶς clara lux.

CLINIA : Adolescens παρὰ τὸ κλεινὸν a celebritate.

SYRUS : Servus nomen gentile.

DROMO : Vide Andriam.

BACCHIS : Meretrix ἀπὸ τȢ βάκχος.

ANTIPHILA : Amasia, redamans.

SOSTRATA : Matrona τὸν στρατὸν σώζȢσα a salute copiarum, femininum de masculinis factum.

NUTRIX :

PHRYGIA : Ancilla, gentile nomen.

PERSONÆ EUNUCHI.

PHÆDRIA : Adolescens ἀπὸ τȢ φαιδρȢ ab hilaritate sic appellatus.

PARMENO : Servus, μένον παρὰ τῷ δεσπότῃ ab assiduitate.

THAIS : Meretrix.

GNATHO : Parasitus ἀπὸ τῶν γνάθων a buccis.

CHÆREA : Adolescens, quasi ὁ χαίρων, lætus.

THRASO : Miles ἀπὸ τῆς θρασείας ab audacia.

PYTHIAS : Ancilla ἀπὸ τȢ πύθεσθαι a sciscitando.

CHREMES : Adolescens rusticus.

ANTIPHO : Adolescens ἀπὸ τȢ ἀντὶ, καὶ φῶς lumen contra afferens.

DORIAS : Ancilla.

DORUS : Eunucbus ἀπὸ τȢ δώρȢ a munere, dono.

SANGA : Servus, lixa.

SOPHRONA : Nutrix ἀπὸ τȢ σώφρονος casta, & proba.

LACHES : Senex ἀπὸ τῆς λήξεως ab hereditate, lite, patrimonio.

PERSONÆ ADELPHORUM.

MITIO : Senex ἀπὸ τῆς μήτιδος a mente, & consilio; sive ἀπὸ μικκȢ, quod in eo omnia sint mitia, depressa, & placida.

SYRUS : Servus, gentile nomen.

GETA : Servus, gentile a Getis, qui postea Gotbi.

DEMEA : Senex ἀπὸ τȢ δήμȢ, antiquis moribus homo, & status popularis amans.

CTESIPHO : Adolescens τὸ τῆς κτήσεως φῶς patrimonii splendor.

HEGIO : Senex ἀπὸ τȢ ἡγεῖσθαι a ductu, seu principatu.

SANNIO : Leno a Sannis, vel potius ἀπὸ τȢ σαννίȢ ab basta, qua valere a jocantibus dicebatur.

SOSTRATA : Matrona. Vide Heautontim.

DROMO : Servus. Vide Andriam.

ÆSCHINUS : Adolescens.

CANTHARA : Nutrix, a cantharó nomen aptum nutricibus, quæ fere bibulæ sunt.

PAMPHILA : puerpera.

PER-

PERSONÆ PHORMIONIS.

PHORMIO : Parasitus ἀπὸ τῶν φορμῶν a spar. teis filcis, & stramentis nauticis.

DEMIPHO : Senex δήμου φως, populi claritas.

ANTIPHO : Adolescens. Vide Eunuchum.

GETA : Servus. Vide Adelph.

DORIO : Leno, gentile.

CHREMES : Senex. Vide Andriam.

PHEDRIA : Adolescens.

DAVUS : Servus.

SOPHRONA : Nutrix.

NAUSISTRATA : Matrona, nomen magnificum ductum a copiis navalibus.

HEGIO : Senex, vir gravis. Vide Personas in Adelphis.

CRATINUS : a κράτος, quod est robur.

CRITO : Hospes sonat. Hic tamen cum Hegione, & Cratino Advocati personam sustinet.

PERSONÆ HECYRÆ.

PHILOTIS : Meretrix ἀπὸ τοῦ φιλώτας, ut sit in nomine aurium significatio.

PARMENO : Servus. Vide Eunuchum.

PAMPHILUS ; Adolescens. Vide Andriam.

PHIDIPPUS : Senex a parcimonia equestri.

SOSIA : Servus. Vide Andriam.

SYRA : Anus.

LACHES : Senex. Vide Eunuchum.

SOSTRATA : Mulier. Vide Heautontim.

MYRRINA : Mulier, a Myrto arbore, sacra Veneri, a convivis, & in nuptiis adhibita.

BACCHIS : Meretrix. Vide Hautontim.



Dom. Misson sculp.

P. TERENTII ANDRIA.

INTERLOCUTORES.

PROLOGUS.
SIMO : Senex.
PAMPHILUS : Adolescens.

SOSIA : Servus.
DAVUS : Servus.
CHREMES : Senex.
GLYCERIUM : Alias Pasibula Chremetis filia.
CHARINUS : Adolescens.
BYRRHIA : Servus.
CRITO : Hospes.
DROMO : Servus.
MYSIS : Ancilla.
LESBIA : Obstetrix.

Personæ mutæ.

ARCHILIS : Ancilla.
CHRYSIS : Meretrix.
NICERATUS : Adolescens.

ARGUMENTUM.

SOrorem falso creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glyceriam viciat Pamphilus:
Gravidaque facta, dat fidem uxorem sibi
Fore hanc: nam aliam pater ei despondcrat
Gnatam Chremetis: atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens, suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat:
Mox filiam Glyceriam insperata agnitam
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino Conjugem.

P. TERENZIO. L'ANDRIA.

INTERLOCUTORI.

PROLOGO.
SIMONE : Padre di Panfilo.
PANFILO : Figlio di Simone, e Amante di Glicerio.
SOSIA : Liberto di Simone.
DAVO : Servitore di Panfilo
CREMETE : Padre di Glicerio, e di Filumena.
GLICERIO : Figlia di Cremete.
CARINO : Amante di Filumena.
BIRRIA : Servitore di Carino.
CRITONE : Dall'Isola d'Andro.
DROMONE : Servitore di Simone.
MISI : Serva di Glicerio
LESBIA : Levatrice.

Persone, che non parlano.


ARCHILLIDE : Custode di Glicerio.
Alcuni servi, che accompagnano Simone mentre ritorna dalla Piazza.

La Scena si rappresenta in Atene.

ARGOMENTO.

DElla Glicerio innamorato Panfilo
Seco impacciossi, e ne divenne gravida.
Creduta era Sirocchia della Criside,
La qual Criside fu di biasimevole,
E tristo nome, forestiera, e povera,
Ma falsamente, perchè ella era d'Andrio.
Ora fede a lei diè di matrimonio
Panfilo, ancorche dal paterno imperio
Fosse costretto a un altro sposalizio
Della figliuola Cittadina, ed unica
D'un tal Cremete. Ma sul bel principio
Questi Sponsali stavansi per aria:
E in tanto il Padre a simolargli indussesi
In quanto volle per tal via comprendere
Qual fosse il cuore dell'amante Panfilo.
E mercè de' consigli del furbissimo
Davo, a tai nozze condescese Panfilo.
Ma veduto Cremete, come il Genero
Avuto un figlio avea della Glicerio
Rompe con esso lui le ferme, e stabili
Nozze, quando ecco d'improvviso gaudio
Tutti quanti si vedono riempiere
Perchè Cremete la figlia Pasibula,
Che preso aveva il nome di Glicerio,
E che già pianse morta, al fin risorgere,
Si vede, e seco si congiunge Panfilo
Suo fido amante, e con Carino ammogliasi
La Filumena, Suora di Pasibula.

Ter. Andria *Fig. I.*



PROLOGUS.

PROLOGO.

Ter. Andria *Fig. II.*

PROLOGUS



Poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
Id sibi negoti credidit solum dari,
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.
Verum aliter evenire multa intellegit:
Nam in Prologis scribundis operam abutitur,
Non qui argumentum narret, sed qui malevoli
Veteris Poetæ maledictis respondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quæso animum advortite.
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui utramvis recte norit, ambas noverit.
Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.
Quæ convenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atque usum pro suis.
Isti id vituperant factum, atque in eo disputant;
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intellegendo, ut nihil intellegant.
Qui cum hunc accusant, Nævium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster auctores habet:
Quorum æmulari exoptat neglegentiam
Potius, quam istorum obscuram diligentiam.
Dehinc ut quiescant porro, moneo, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.
Favete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,
Ut pernoscatis, ecquid spei sit relliquum

NOn sì tosto il Poeta ebbe nell'animo
Di far Commedie, che sol dessi a credere,
Che bastasse far sì, ch'elle piacessero;
Ma s'avvede or, che di gran lunga ingannasi:
Poichè conviengli consumare i Prologhi
Non per dir l'argumento della favola,
Ma solo per rispondere alle ingiurie
D'un antico Poeta, aspro, e malevolo.
Quindi or vi prega udir quali elle sieno.
Menandro fè già l'Andria, e la Perintia.
Chi l'una di esse potè ben conoscere,
Le conobbe amendue, che non dissimile
Han l'argumento, ancorche molto varie
Siano nelle parole, e sien nell'ordine:
Tutto quello, che parve convenevole
Al Poeta di torre alla Perintia,
E inserirlo nell'Andria, il tolse, e dicelo,
E volle usarlo, come cosa propria.
Ora i contrarj suoi di ciò lo biasmano,
E dicono, esser cosa affatto illecita
In modo tal contaminar le favole.
Ma nel fare i saputi non s'avvedono,
Che mostrano a ciascun di nulla intendere:
Poichè con esso pazzamente accusano
E Nevio, e Plauto, ed Ennio, che per regola,
E per suoi mastri l'Autor proposesi,
De' quai quale si sia la trascuraggine,
D'imitare piuttosto egli desidera,
Che di costor l'oscura diligenzia:
Di poi io gli avvertisco, che s'acchetino,
E lascin di dir male, se non vogliono,
Che i falli loro sien mostrati al pubblico.
Favoritelo voi, e con giusto animo
Pesate ben la cosa per conoscere

Posthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ sint vobis prius.

Da questa che si possa egli promettere
Dell'altre, che di nuovo ei far proponesi,
Se la pubblica luce esse si mertino,
Ovveramente rigettar si debbano.



Eq. Petrus Leo Ghezzius Inu. et delin. — *Fran. Aquila incid.*

ACTUS PRIMI

SCENA PRIMA.

ATTO PRIMO

SCENA PRIMA.



Simo, Soſia.

Sim. *V*Os iſtbæc intro auferte: abite. Soſia
Adeſ dū: paucis te volo. Soſ. *Dictū puta.*
Nempe ut curentur recte hæc. Sim. *Imo*
aliud. Soſ. *Quid eſt,*
Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
Sim. *Nihil iſthac opus eſt arte ad hanc rem quam paro.*
Sed iis, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide & taciturnitate. Soſ. *Expecto, quid velis.*

Sim. *Ego poſtquam te emi a parvulo, ut ſemper tibi*
Apud me juſta, & clemens fuerit ſervitus,
Scis: feci e ſervo ut eſſes libertus mihi,
Propterea quod ſerviebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolvi tibi.
Soſ. *In memoria habeo.* Sim. *Haud muto factum.*
Soſ. *Gaudeo.*
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo, &,
Id gratum fuiſſe adverſum te, habeo gratiam.
Sed mi hoc moleſtum eſt: nam iſthæc commemoratio
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.
Quin tu uno verbo dic, quid eſt, quod me velis.

Sim. *Ita faciam: hoc primum in hac re prædico tibi.*
Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.

Soſ. *Cur ſimulas igitur?* Sim. *Rem omnem a principio audies,*
Eo pacto, & gnati vitam, & conſilium meum
Cognoſces, & quid facere in hac re te velim.
Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia,

Simone Vecchio, e Soſia Liberto.

Sim. COteſte coſe voi portate dentro;
Indi partite. Tu Soſia, rimani,
Che ti voglio parlare. *Soſ.* Io già t'ho
inteſo,
Cioe, che io badi bene a queſte robe.
Sim. Anzi tutto altro. *Soſ.* E che mai far ti puote,
Da queſto in fuora, l'arte mia? *Sim.* Non cerco
Di coteſta arte tua per quel, che or penſo,
Ma di quella, che ſempre in te conobbi
Fede, e ſilenzio. *Soſ.* Aſpetto ciò che vuoi.
Sim. Dapoichè da fanciullo io ti comprai
Sai pur, ſe fui padron dolce, e diſcreto:
Imperocchè di ſervo, che tu m'eri,
Mercè del buon ſervir, ti feci libero,
Favor, che ognaltro gran favore avanza.
Soſ. Me ne ricordo. *Sim.* Ed io non me ne pento.
Soſ. Ed io ne godo; e ſe quello, che ho fatto,
E fo, Simone, tu il gradiſci, rendo
A te grazie di queſto, ma ben duolmi,
Che tu me lo ricordi, perchè pare,
Che una tal ricordanza altro non ſia,
Che quaſi il dirmi, che un ingrato io ſono,
Però dì ciò che vuoi sbrigatamente.
Sim. Così far voglio. Orsù nel primo luogo
Hai da ſaper, che queſte, che tu vere
Eſſer ti credi, non ſon nozze vere.
Soſ. Ed a qual fine? *Sim.* Il tutto da principio
Io narrerotti, o Soſia, e in queſto modo
Saprai la vita del mio figlio, e inſieme
L'animo mio, e quel, che far tu dei.
Dunque il mio figlio, dopo ch'egli uſcio
Dagli anni fanciulleſchi, egli ebbe ancora

Liberius vivendi fuit potestas: nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant?

Sos. *Ita est.*

Sim. *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,*
Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad Philosophos:
Horum ille nihil egregie præter cetera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam.

Sos. *Non injuria: nam id arbitror*
Adprime in vita esse utile, ut Ne quid nimis.

Sim. *Sic vita erat: Facile omneis perferre, ac pati:*
Cum quibus erat cumque una, iis sese dedere,
Eorum obsequi studiis, advorsus nemini,
Nunquam præponens se aliis, ita facillime
Sine invidia invenias laudem, & amicos pares.

Sos. *Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore*
Obsequium amicos, veritas odium parit.

Sim. *Interea mulier quædam abhinc triennium*
Ex Andro commigravit huc viciniæ,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque ætate integra.

Sos. *Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.*

Sim. *Primum hæc pudice vitam, parce, ac duriter*
Agebat, lana, ac tela victum quæritans:
Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,
Unus, & item alter; ita ut ingenium est omnium
Hominum a labore proclive ad lubidinem,
Accepit conditionem, dein quæstum occipit.
Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc secum, ut una esset, meum.
Egomet continuo mecum: certe captus est:
Habet. Observabam mane illorum servulos
Venienteis, aut abeunteis: rogitabam, heus puer,
Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen.

Sos. *Teneo.* Sim. *Phædrum, aut Cliniam*
Dicebant, aut Niceratum. (nam hi tres tum simul
Amabant.) eho, quid Pamphilus? quid? symbolam
Dedit, cœnavit. Gaudebam. Item alia die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere. Enim vero spectatum satis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ:
Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi,
Neque commovetur animus in ea re, scias
Tum jam ipsum habere posse suæ vitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes
Ultro ad me venit, unicam gnatam suam

Modo da viver più liberamente:
Onde l'indole sua mi si scoperse,
La qual pria non potevasi conoscere,
Che l'etade, il timore, ed il maestro
Tenevano celata. *Sos.* Tanto accade.

Sim. Ora siccome gli altri giovanetti,
Che dansi a qualche studio, o di Cavalli,
O di Cani da caccia, o pur d'andare
A questo, o a quel Filosofo, nessuna
Egli di queste cose egregiameote
Apprese; ma però di tutte n'era
Mezzaoamente instrutto; ed io godeane.

Sos. E con ragion, perchè son di parere,
Che utilissimo sia in questa vita
Il guardarsi dal troppo. *Sim.* Suo costume
Quindi era, dolcemente sopportare
Quelli, co' quali usava, e a tutti arrendersi,
Secondare i lor genj, ed a niuno
Disdir, nè soprastare agli altri in modo
Che trovò facilmente
Senza invidia la lode, e amici eguali.

Sos. Ben fa così vivendo, che oggi giorno
L'ossequio fa gli amici,
La verità i nemici.

Sim. Or odi: una tal donna in questo mentre
Tre anni sono, quà venne da Andro
A povertà costretta, e trascuraggine
De' suoi parenti, assai bella di volto,
E d'una età, che appunto era sul fiore.

Sos. Aimè, che io temo, che costei da Andro
Qualche mal non ci apporti. *Sim.* Sul principio
Menava ella una vita e parca, e dura,
Ma piena d'onestà; poichè per vivere
O filava le lane, o pur tesseva:
Ma poichè or uno, ed ora un altro amante
Le s'appressò, e le promise argento,
Siccome sdrucciolar sogliamo tutti
Dalla fatica al dolce del piacere,
Strinse il partito, e diessi a un reo guadagno,
Quindi gli amanti suoi, conforme accade,
Vi conducean con loro anco il mio figlio.
Onde io sempre fra me dicea, sicuro
N'è divenuto il cattivello amante:
Perlochè mi poneva assai per tempo
I Servi ad osservare, i quai o tornavano
Di casa della Donna, o ver o'usciano;
E pregando, io diceva, olà fanciullo,
Dimmi, se pur t'aggrada, chi fu quegli
Che ieri si godèo la bella Criside?
Che della Donna d'Andro il nome è questo.

Sos. Intendo molto bene.

Sim. Ed ei mi rispondeva, o Fedro, o Clinia,
Ovvero Nicerate,
Che insieme tutti e tre allor l'amavano.
E Panfilo che fà? che? ripigliavano
Pagato ha la sua parte della Cena,
Cenato ha co' Compagni: ed io godeane.
E così ricercando gli altri giorni,
Ritrovava, che nulla apparteneva
Di questa donna a Panfilo, e il credea
Un esempio ben grande, ed ammirando
Di continenza; perciocchè chi tratta
Con gente donnajuola, e non s'effemina,
Ben si può dir, ch'egli è di sè padrone
Or questo a me piaceva, e ancor per questo
Benediceami ognuoo, e mi chiamava
Beato per avere un tal figliuolo.
Ma che più ragiono io? Da questa fama
Spinto venne a trovarmi di sua voglia
Cremete, e s'offerì di dare in moglie
L'unica figlia sua con ricca dote

Cum dote summa filio uxorem, ut daret.
Placuit: despondi: hic nuptiis dictus est dies.

Sof. Quid obstat, cur non veræ fiant? Sim. Audies.
Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur. Sof. O factum bene!
Beasti: hem! metui a Chryside.

Sim. Ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chrysidem, una aderat frequens:
Curabat una funus: tristis interim,
Nonnunquam conlacrumabat. Placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: hem, hic parvæ consuetudinis
Causa mortem hujus tam fert familiariter:
Quid, si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenii
Mansuetique animi officia. Quid multis moror?
Egomet quoque ejus caussa in funus prodeo,
Nihil suspicans etiã mali.

Sof. Hem, quid est? Sim. Scies.
Effertur. Imus. Interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, forte unam adspicio adolescentulam,
Forma. Sof. Bona fortasse. Sim. Et vultu, Sofia,
Adeo modesto, ad o venusto, ut nihil supra.
Quia tum mihi lamentari præter ceteras
Visa est: & quia erat forma præter ceteras
Honesta, & liberali; accedo ad pedissequas;
Quæ sit, rogo. Sororem esse ajunt Chrysidis.
Percussit illico animum. At at, hoc illud est,
Hinc illæ lacrumæ, hæc illa est misericordia.

Sof. Quam timeo, quorsum evadas! Sim. Funus interim
Procedit: sequimur: ad sepulcrum venimus.
In ignem imposita est: fletur. Interea hæc soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,
Satis, cum periclo. Ibi tum exanimatus Pamphilus,
Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat:
Accurrit: mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres,
Rejecit se in eum flens quam familiariter.

Sof. Quid ais? Sim. Redeo inde iratus, atque egre ferens.
Nec satis ad objurgandum causæ. Diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater?
Quæ sese voluit in ignem injicere, prohibui,
Servavi. Honesta oratio est.

Sof. Recte putas:
Nam si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit;
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
Sim. Venit Chremes postridie ad me, clamitans.
Indignum facinus, comperisse Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam. Ego illud sedulo

A Panfilo mio figlio.
Mi piacque tale offerta, e l'accettai,
E questo dì fermossi per le nozze.
Sof. Che dunque s'attraversa, onde non facciansi?
Sim. Or l'udirai: ne' pochi giorni avvenne,
Ne' quali furon fatte queste cose,
Che Criside morìo. Sof. Oh buona cosa,
M'ha colmo di piacer nuova sì grata,
Cotanto temetti io di questa Criside!
Sim. Quivi il mio figlio insieme allor con quelli
Che amavano la Criside ben spesso
Si ritrovava, ed accudìa con essi
Al funerale, e mesto alcuna volta
Versava delle lagrime, e quel pianto
Di piacer m'era: e sì tra me dicea:
Questi, mercè, che l'ha trattata un poco
Sente sì la sua morte? o che farebbe
S'egli l'avesse amata? e in quali smanie
Ei non darà per me, che son suo Padre?
Così mi credeva io, che queste cose
Fossero segni d'indole amorosa,
E d'animo benigno.
Che più? per sua cagione io stesso vonne
Al funeral, nulla pensando a male.
Sof. E che mal ci è! Sim. Ascoltami: è condotta
La donna morta, e noi l'accompagnamo.
In questo mentre io veggio tra le donne,
Ch'erano lì presenti, una donzella
Della persona.. Sof. Bella forse? Sim. E come!
Anzi, Sosia, d'un volto
Così modesto, e così grazioso,
Che nulla più; onde io, poichè fra l'altre
La vidi più dolersi, e poichè ancora
Vie più bella tra l'altre essa appariva,
All'ancille m'accosto, e lor dimando
Chi sia la giovanetta, e m'è risposto,
Che della morta Criside è sorella.
Tal risposta mi diè subito al cuore,
Ed ah, sì sì, diss'io di quà vien tutto,
Di quà nacquero i pianti, e la pietade
Del mio figliuolo.
Sof. Quanto ho timor dove abbia a riuscire!
Sim. Segue la bara intanto, e noi d'appresso
Le siamo sempre, al sepolcro si giunse;
Indi sul rogo adattasi, e si piange:
La Suora, che t'ho detto, in questo mentre
S'accostò pazzamente a quelle fiamme,
E con periglio assai: Panfilo allora
Morto di duol, l'ascoso amor palesa,
E corse a lei, e presela in cintura,
Disse, o Glicerio mia, che è quel, che fai?
Perchè corri alla morte? Allora quella
Sopra di lui s'abbandonò piangendo
Con tal domestichezza, che vedeansi
Facilmente le loro antiche fiamme.
Sof. Che è quello, che narri? Sim. Irato io parto,
E ciò mal volentier, benchè io soffrissi,
Pur non stimai d'aver cagion bastante
Da sgridarlo; perchè m'avrebbe detto,
Che male ho fatto, e in che peccai, o Padre,
Se non fu colpa il proibire a quella
Il gettarsi nel fuoco, e trattenerla
In vita. Favellar pien di ragione.
Sof. Giustamente tu pensi, che se gridi
Colui, che dona all'altrui vita ajuto,
Che farai a colui, che danno faccia?
Sim. Il giorno dopo venne a me Cremete
Strepitando, perchè scoperto avea
(Oh fatto pien d'infamia!)
Che donna forastiera era consorte
Di Panfilo; lo negai tosto un tal fatto,

Negare factum. Ille instat factum. Denique
Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam
Neget daturum.
Sos. *Non tu ibi gnatum?* Sim. *Ne haec quidem*
Satis vehemens causa ad objurgandum.
Sos. *Qui, cedo?*
Sim. *Tute ipse his rebus finem praescripti, pater:*
Prope adest, cum alieno more vivendum est mihi:
Sine, nunc meo me vivere interea modo.

Sos. *Quis igitur relictus est objurgandi locus?*
Sim. *Si propter amorem uxorem nolit ducere:*
Ea primum ab illo animadvertenda injuria est.
Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias
Vera objurgandi caussa sit, si deneget;
Simul, sceleratus Davus si quid consilii
Habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli:
Quem ego credo manibus, pedibusque obnixe omnia
Facturum, magis id adeo mihi ut incommodet,
Quam ut obsequatur gnato.

Sos. *Quapropter?* Sim. *Rogas?*
Mala mens, malus animus. Quem quidem ego si sensero.
Sed quid opus est verbis? sin eveniat, quod volo,
In Pamphilo ut nil sit morae: restat Chremes;
Qui mihi exorandus est, & spero confore.
Nunc tuum est officium, has bene ut adsimules nuptias,
Perterrefacias Davum, observes filium,
Quid agat, quid cum illo consilii captet.

Sos. *Sat est:*
Curabo: eamus jam nunc intro. Sim. *I prae, sequar.*

Ei maggiormente instava: alla per fine
Io parto, e lascio lui, che più non vuole
Dare al mio figlio la promessa figlia.
Sos. Nè tu Panfilo allora... *Sim.* Nè men questo
Mi parve da riprenderlo bastante.
Sos. E perchè nò? *Sim.* Perchè m'avrebbe detto,
Tu stesso hai posto a queste cose il fine:
Troppo vicino è il tempo, dentro il quale
Dovrò menar mia vita a voglia altrui;
Lascia dunque, che or viva a modo mio,
Sos. Dunque qual via ti si apre or per riprenderlo?
Sim. Se non vuol moglie, perchè viva amante
D'altra donna, sarà questa la prima
Cagion di gastigarlo.
Quindi è, che m'affatico, onde per queste
Nozze non vere io abbia vera causa
Di gridar seco, quando le ricusi,
E'l faccio ancor, perche l'indegno Davo
Or che gl'inganni suoi mal non pon fare
Gli metta tutti fuora, e gli consumi,
Il quale, io penso, che con mani, e piedi
Si sforzerà di far quanto egli puote
Più per me danneggiare, e darmi incomodo,
Che per desio di compiacere al giovane.
Sos. E perchè questo? *Sim.* E tu me lo domandi?
Ha l'animo cattivo, e rea la mente.
Ma se nulla io ne scopro... basta, basta,
Si lascino i discorsi, e voglia il Cielo,
Che mi riesca quel, che io piu desidero,
Che in Panfilo non trovi indugio alcuno.
Resta, che io preghi intanto
Cremete, e spero, che sarammi facile.
Tu poi, per ben compire al tuo dovere,
Fingi ben queste nozze, ed atterrisci
Davo, ed osserva ciò, che faccia il figlio,
E come insieme seco si consigli.
Sos. T'ho inteso; farò tutto, andiamo or dentro.
Sim. Tu vanne avanti, io seguirotti appresso.



ACTUS PRIMI — ATTO PRIMO

SCENA SECUNDA. — SCENA SECONDA.

Ter. Andr. *Fig. IV.*



Act. I. Scena II.

Simo, Davus.

Sim. *NOn dubium est, quin uxorem nolit filius:*
Ita Davum modo timere sensi, ubi nuptias
Futuras esse audi it. Sed ipse exit foras.

Dav. *Mirabar, hoc si sic abiret: & heri semper lenitas,*
Verebar, quorsum evaderet.
Qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id egre tulit.

Sim. *At nunc faciet: neque, ut opinor, sine tuo magno malo.*

Dav. *Id voluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,*
Speranteis jam amoto metu, interea oscitanteis opprimi,
Ut ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias:
Astute.

Sim. *Carnufex quæ loquitur?* Dav. *Herus est, neque prævideram.*

Sim. *Dave.* Dav. *Hem, quid est?* Sim. *Eodum, ad me.* Dav. *Quid hic volt?* Sim. *Quid ais?* Dav. *Qua de re?* Sim. *Rogas?*
Meum gnatum rumor est amare. Dav. *Id populus curat scilicet.*

Sim. *Hoccine agis, an non?* Dav. *Ego vero istuc.* Sim. *Sed, nunc ea me exquirere,*
Iniqui patris est: nam, quod antehac fecit, nihil ad me attinet:
Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum:
Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.
Dehinc postulo, sive æquum est, te oro Dave, ut redeat jam in viam.

Simone Vecchio, e Davo Servo.

Sim. NOn è dubbio, che il figlio non vuol moglie
Pel timore, che in Davo io vidi nascere,
Quando odorò queste future nozze.
Ma eccolo, che viene. *Dav.* Io mi stupiva,
Che un tale affar sì dolce si passasse,
E del padron la gran piacevolezza,
Ove piegare, e riuscir volesse!
Poichè, quando egli udì, che più non davasi
Moglie al suo figlio, ciò si prese in pace,
Ed a niun di noi ne fe parola.

Sim. Ma farollo ora, e affè con tuo gran danno.

Dav. Egli ha voluto d'allegrezza falsa
Lasciarci ubriacare, e in questa guisa;
Mentre più non si teme, all'improvviso
Venirci addosso, e spensierati opprimerci,
E toglierci così qualunque tempo
Da frastornar le nozze: o vacci scalzo!

Sim. Manigoldo, e che dice! *Dav.* O egli è il padrone,
Nè veduto l'avea.

Sim. Davo? *Dav.* Chi vuolmi? *Sim.* Olà, volgiti a me.

Dav. Che vuoi? *Sim.* Che dì! *Dav.* Perchè? *Sim.* Me ne domandi?
Si dice, che il mio figlio è innamorato.

Dav. Il volgo badar suole a queste cose.

Sim. Ma tu badi, o non badi a quel, che io dico!

Dav. Ci bado assai. *Sim.* Ma il ricercare adesso
Tal cosa non sarebbe da buon Padre:
Poichè di tutto quanto, che egli ha fatto
Infino a quì, a me nulla appartiene,
Che io gli permisi, quando che fu tempo,
Che sfogasse ogni sua voglia amorosa;
Ma or, che questo giorno altri richiede
Costumi, e vita, o Davo io ti domando,
E se giusto ti sembra, ancor ti prego,
Che omai ritorni nella dritta via.

Dav. *Hoc quid sit?* Sim. *Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt.*

Dav. *Ita ajunt.* Sim. *Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum,*
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.

Dav. *Non hercle intellego,* Sim. *Non? hem.* Dav. *Non: Davus sum, non Oedipus.*
Sim. *Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui.* Dav. *Sane quidem.*
Sim. *Si sensero hodie, quidquam in his te nuptiis*
Fallaciæ conari, quo fiant minus:
Aut velle in ea re ostendi, quam sis callidus?
Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem,
Ea lege atque omine, ut, si te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid, hoc? intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? Dav. *Immo callide:*
Ita aperte ipsam rem modo locutus: nihil circuitione usus es.
Sim. *Ubivis, facilius passus sim, quam in hac re, me deludier.*

Dav. *Bona verba quæso.* Sim. *Irrides? nihil me fallis. Sed dico tibi,*
Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.
Phid. *Non tibi illud factum minus placet, quam mihi*
Laches.

Fidippo, Lachete, e Panfilo.

Fid. AFfè, che teco ancor son molto irato,
O Filomena, che assai male hai fatto,
Sebbene addur tu puoi per tua discolpa
L'imperio della Madre, a cui per certo
Non è luogo di scusa. *Lac.* O quanto a tempo
Quì giungesti o Fidippo. *Fid.* E che ci è egli?
Pan. A questi or che dirò? ed in qual modo
Potrò celare il promesso segreto?
Lac. Dì alla Figlia, come quanto prima
Andrà Sostrata in Villa, onde ella possa
Tornar con sicurezza a casa mia.
Fid. Ah che la tua non ha colpa veruna
In queste cose: dalla mia Mirrina
Vengon tutti i sconcerti. *Pan.* Ora s'incolpa
Mirrina. *Fid.* La mia Moglie è il nostro affanno,
E non la tua. *Pan.* Purchè io non la rimeni
A casa mia contrastin fra di loro.
Fid. Panfilo, io voglio, quando far si possa,
Che questa affinità fra noi s'eterni:
Se poi tu sei di parer diverso,
Ripigliati il Figliuolo. *Pan.* Egli ha saputo,
Come ella ha partorito. Ohimè son morto.
Lac. Un Figlio! e che Figliuolo? *Fid.* Egli ci è nato,
Lachete, un Nipotino, perchè pregna
Di casa vostra, a noi venne la Figlia,
Benchè ciò m'han fin'or tenuto ascoso.
Lac. Buone nuove per certo, e mi rallegro,
Che egli sia nato, e sia salva la Madre;
Ma che sorta di Femmina ella è mai
Questa tua Moglie? e che costume è il suo?
Tanto tempo nasconderci tal cosa.
Non so dirti a bastanza quanto parmi,
Che ella abbia fatto male. *Fid.* Certamente,
Che al par di te mi è questo dispiaciuto.

Pam. *Etſi jam dudum fuerat ambiguum hoc mihi,*
Nunc non eſt, cum eam conſequitur alienus puer.

Lach. *Nulla tibi Pamphile hic jam conſultatio eſt.*
Pam. *Perii.* Lach. *Hunc videre ſæpe optabamus diem,*
Cum ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem:
Evenit: habeo gratiam diis.

Pam. *Nullu' ſum.*
Lach. *Reduc uxorem, ac noli adverſari mihi.*
Pam. *Pater, ſi ex me illa liberos vellet ſibi,*
Aut ſe eſſe mecum nuptam, ſatis certo ſcio,
Non me clam haberet, quæ celaſſe intellego.
Nunc, cum ejus alienum eſſe a me animum ſentiam,
Nec conventurum inter nos poſthac arbitrer,
Quam ob rem reducam?

Lach. *Mater quod ſuaſit ſua,*
Adoleſcens mulier fecit: mirandum ne id eſt?
Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri?

Phid. *Voſmet videte jam Lache, & tu Pamphile,*
Remiſſam opu' ſit vobis, an reductam domum:
Uxor quid faciat, in manu non eſt mea:
Neutra in re vobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero?

Lach. *Ridicule rogas.*
Quidquid futurum eſt, huic reddas, ſuum ſcilicet,
Ut alamus noſtrum. Pam. *Quem ipſa neglexit, pater,*
Ego alam? Lach. *Quid dixti? eho, an non alemus*
Pamphile?
Prodamus quæſo potius? quæ hæc amentia eſt?
Enimvero prorſus jam tacere non queo.
Nam cogis ea, quæ nolo, ut præſente hoc loquar.
Ignarum cenſes tuarum lacrumarum eſſe me?
Aut, quid ſit id, quod ſolicitere ad hunc modum?
Primum hanc ubi dixti cauſſam, te propter tuam
Matrem non poſſe habere hanc uxorem domi;
Pollicita eſt ea, ſe conceſſuram ex ædibus.
Nunc, poſtquam ademptam hanc quoque tibi cauſ-
ſam vides;
Puer quia clam te eſt natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum, ut adducas tuum,
Quam longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos feciſti in eam, quam animo æquo tuli?
Egi atque oravi tecum, uxorem ut duceres:
Tempus dixi eſſe: impulſu duxiſti meo.
Quæ tum, obſecutus mihi, feciſti ut decuerat.
Nunc animum rurſum ad meretricem induſti tuum:
Cui tu obſecutus, facis huic adeo injuriam.
Nam in eandem vitam te revolutum denuo
Video eſſe.

Pam. *Me ne?* Lach. *Te ipſum: & facis injuriam,*
Confingis falſas cauſſas ad diſcordiam,
Ut cum illa vivas, teſtem hanc cum abs te amo-
veris:

Pan. Sebben fin'ora ſono ſtato in dubbio
Di ricondurla, o no, ora ho fermato
Di non farne altro, che l'è nato un Figlio.
Lac. Quì, Panfilo, non ci è da far conſulta,
Pan. Son morto. *Lac.* Di vedere un ſimil giorno,
Che alcun di te naſceſſe! e ti chiamaſſe
Padre, ſovente era la noſtra brama,
Or l'abbiam viſto, e ne diam grazie a i Numi.
Pan. Non ſo quel che io mi ſia. *La.* Rimena dunque
La Moglie a caſa, e più non contradirmi.
Pan. Se ella di me voleſſe aver Figliuoli,
E le piaceſſe di eſſermi Conſorte,
So certo, che celato non mi avrebbe
Quello, che m' ha celato. Or queſto fatto
Chiaro mi moſtra quanto alieno ſia
Da me l'animo ſuo, e in avvenire
So, che ſtaremo in riſſe, onde a qual fine
La dovrò ripigliare? *Lac.* E ti ſtupiſci,
Se abbia una ragazza ſeguitati
Della Madre i conſigli? credi forſe
Di trovar Donna, che non abbia vizi,
O forſe tu di ciò, perchè ti penſi,
Che gli uomini non mai facciano errore?
Fid. Da per voi ſteſſi voi conſiderate
Lachete, e Panfilo, quel che vi torni
Meglio, il volere, o il ripudiar coſtei.
Quel, che la Donna poi ſarà per fare,
Non è in mia mano, e in quanto a me vi giuro,
Che l'una, o l'altra coſa, che elegghiate,
Approverolla. Ma che fia del Figlio?
Lac. Ridicola domanda. Vada pure
La coſa, come vuole, a lui lo rendi,
Cioè rendili il ſuo, acciò che noi
Alimentiamo il noſtro. *Pan.* Che io alimenti
Padre, quel, che ella ſteſſa ha traſcurato?
Lac. E che hai tu detto? non l'alleveremo?
L'eſporremo piuttoſto? e che ſtoltezza
E' mai la tua? ma in verità non poſſo
Starmi più zitto, e ancorchè non vorrei
Dir quello, a cui mi sforzi, avanti a queſto,
Pur lo dirò. Ti credi tu, che ignori
Delle lagrime tue la cauſa vera?
E che io non ſappia qual mordace cura
Ti ſtimola, e t'affanna in modo tale?
Primieramente quando tu diceſti
Di non volere ricondurla a caſa
A cagion di tua Madre, ella promiſe
Di ritirarſi in Villa. Ora che tolta
Ti è queſta ſcuſa, tu ne trovi un'altra,
Che è del Figlio a te nato di naſcoſo.
T' inganni, ſe tu credi, che io non ſappia
Qual ſia l'animo tuo.
Quanto ſpazio di tempo ti conceſſi
D'amar l'amica tua, purchè una volta
T'induceſſi ſul ſerio a prender Moglie:
E quanto ſopportai, ſenza turbarmi
Le molte ſpeſe, che le feſti attorno?
M'ingegnai, ti pregai a prender Moglie,
Ti diſſi eſſer già tempo, e tu alla fine
Spinto da me ti riduceſti a torla,
E in obbedirmi quello tu faceſti,
Che ſi conviene a un Figlio.
Or di nuovo ti tornano alla mente
Di quella amica tua i primi amori,
Le cui voglie tu ſegui, onde è che fai
Ingiuria a queſta, perchè un'altra volta
Ti vedo ricaduto in quella ſteſſa
Vita di prima. *Pan.* Io ne? *Lac.* Sì, sì tu ſteſſo
E fai male a inventare ire, e diſcordie
Colla Moglie, per viver con colei,
Quando queſta ti ſia tolta dagli occhi

Sensitque adeo uxor: nam ei caussa alia quæ fuit,
Quamobrem abs te abiret?
Phid. *Plane hic divinat: nam id est.*
Pam. *Dabo jusjurandum nihil esse istorum tibi.* Lach. *Ah.*
Reduc uxorem; aut quamobrem non opus sit, cedo:

Pam. *Non est nunc tempus.* Lach. *Puerum accipias, nam is quidem*
In culpa non est. Post de matre videro.
Pam. *Omnibus modis miser sum: nec, quid agam, scio.*
Tot nunc me rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, præsens quando promoveo parum.
Nam puerum injussu credo non tollet meo,
Præsertim in ea re cum sit mihi adjutrix socrus.

Lach. *Fugis? hem, nec quidquam certi respondes mihi?*
Num tibi videtur esse apud sese; sine:
Puerum Phidippe mihi cedo, ego alam. Phid. *Maxume.*
Non mirum fecit uxor, si hoc ægre tulit:
Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt.
Propterea hæc ira est: nam ipsa narravit mihi:
Id ego præsente hoc tibi nolebam dicere:
Neque ei credebam primo: nunc vero palam est.
Nam omnino abhorrere animum huic video nuptiis.

Lach. *Quid ergo agam, Phidippe quid das consili?*
Phid. *Quid agas? meretricem hanc primum adeundam censeo:*
Oremus: accusemus gravius: denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.

Lach. *Faciam, ut mones. Puer, eho, curre ad Bacchidem hanc*
Vicinam nostram: huc evoca verbis meis.
Et te oro porro, in hac re adjutor sis mihi.

Phid. *Ah,*
Jam dudum dixi, itidemque nunc dico, Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo est ut possit, quod spero fore.
Sed vis ne adesse me una, dum istam convenis?
Lach. *Immo vero abi. Aliquam puero nutricem para.*

Ben ella se n'accorse, e per qual'altra
Cagione ella da te si è dipartita?
Fid. Indovino è costui, certo fu quella.
Pan. Ti darò giuramento, che niuna
Ella è di queste cose. *Lac.* Eh via rimena
La Donna a Casa, o dimmi qual motivo
Hai tu di non volerla? *Pan.* Or non è tempo.
Lac. Piglia in tanto il Fanciullo, ei non ci ha colpa,
E della Madre si vedrà in appresso.
Pan. Infelice son io per tutti i versi,
Nè so più che mi fare, così stretto
M'ha con tante ragioni il Padre mio.
Me n'andrò dunque, tanto più che poco,
O nulla qui io traggo di profitto;
Nè prenderassi senza mio comando
Il Figlio, spezialmente perchè in questo
Tutta la man la Suocera darammi.
Lac. Tu fuggi, e non mi dai certa risposta?
Ora in sè ti pare egli il mio Figliuolo?
Ma lasciami, Fidippo, il Fanciullino?
Io nutrirollo. *Fid.* Assai di buona voglia
Te'l do. Non è da farsi maraviglia,
Se questo sopportò mal volentieri
La moglie; per natura son gelose
Le Donne tutte, e son su questo tasto
Facili a risentirsi, e sol per questo
E' sdegno fra di loro, ed ella stessa
Già detto me l'aveva, ed io non mai
Te lo voleva dire, esso presente,
Nè al primo io lo credeva: adesso poi
La cosa, come vedi, è troppo chiara,
Che io veggio lui, che propriamente aborre
Il prender Moglie. *Lac.* Or che farò, Fidippo?
Fid. Che farai? Dobbiamo in primo luogo
Insieme andar da questa Meretrice,
E lei pregare, e rampognarla molto,
E bisognando ancor farle paura,
Se in avvenir s'impaccierà con lui.
Lac. Farò, come m'hai detto. Olà Ragazzo
Dalla Bacchide qui nostra vicina
Corri spedito, e dille a nome mio,
Che venga fuora. E te supplico ancora,
Che in questa cosa mi protegga, e assista.
Fid. Te l'ho detto ora, e te lo torno a dire
Che nulla voglio più, che la fermezza
Di questa affinitade fra di noi,
Se modo vi sarà, come lo spero.
Ma mi vuoi teco, quando a lei favelli?
Lac. Anzi vattene via, e pe'l Fanciullo
Ricerca, e trova alcuna Allevatrice.

ACTUS QUINTI — ATTO QUINTO

SCENA PRIMA. — SCENA PRIMA.

Ter. Hecyra. *Fig. XVI.*

BACCHIS MERETRIX — *LACHES SENEX*



Act.V. Scena I.

Bacchis. Laches

Bac. *NOn hoc de nihilo est, quod Laches me nunc conventam esse expetis:*
Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit quod velis.
Lach. *Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quam possim;*
Aut ne quid faciam plus, quod post me minus fecisse satius sit.
Aggredior. Bacchis salve.
Bac. *Salve Laches.* Lach. *Credo ædepol te nonnihil mirari Bacchis,*
Quid sit, quapropter te huc foras puerum evocare jussi.
Bac. *Ego pol quoque etiam timida sum, cum venit in mentem, quæ sim,*
Ne nomen mihi quæstus obsiet: nam mores facile tutor.
Lach. *Si vera dicis, nihil tibi est a me pericli, mulier: nam*
Jam ætate ea sum, ut non siet peccato mihi ignosci æquom:
Quo magis, omnes res cautius ne temere faciam, accurro:
Nam si facis, facturave es, bonas quod par est facere:
Inscitum offerre injuriam tibi immerenti, iniquom est.
Bac. *Est magnam ecastor gratiam de hac re quod tibi habeam. Nam qui*
Post factam injuriam expurget, mihi parum prosit. Sed,
Quid istuc est? Lach. *Meum receptas filium ad te Pamphilum.* Bac. *Ah.*
Lach. *Sine dicam. Uxorem hanc prius quam duxit, vostrum amorem pertuli.*

Bacchide. e Lachete.

Bac. NOn è per nulla mica la richiesta,
Che or di me fa Lachete, - non d'assai
M' inganno a sospettar ciò, che egli vuole.
Lac. Non vorrei, che lo sdegno mi gabbasse,
E che ottenessi men di quel, che io bramo
Da costei, e facessi alcuna cosa,
Che m'increscesse poi d'averla fatta,
Andronne a lei. Io ti saluto Bacchide.
Bac. Io te Lachete. *Lac.* Io credo certamente,
Che ti sarai maravigliata alquanto
In sentirti chiamare a nome mio.
Bac. Affè, che ancor son piena di timore
In ripensar, che son quella, che sono,
E temo ancor, che il nome di guadagno
Non mi ti renda ingrata, fuor di questo,
Facilmente difendo i miei costumi.
Lac. Se il vero tu mi narri, t'assicuro
Che non avrai da me disgusto alcuno,
Imperocchè già sono in una etade
Ove giusto non è, quando io fallisca,
Che sia scusato il fallo, onde è, che tutto
Pongo il mio senno in far le cose bene.
Perciò, se ora fai quello, e lo farai,
Che buona donna sia dover che faccia,
Cosa ingiusta sarebbe, se io ti fessi
Ingiuria alcuna. *Bac.* Io ti ringrazio assai
Di questa cosa, perchè sonvi molti,
Che ti fan prima qualche brutto affronto,
E si scusano poi, lo che non giova.
Ma dimmi, a che mi vuoi? *Lac.* Io so di certo
Che tu ricetti Panfilo mio Figlio.
Bac. Ah. *Lac.* Tu lasciami dire. Il vostro amore,
Prima ch'ei s'ammogliasse, io sopportai

Mane: nondum etiam dixi id, quod volui. Nunc hic uxorem habet.
Quære alium firmiorem tibi, dum consulendi tempus est.
Nam neque ille hoc animo erit ætatem, neque pol eadem ista ætate tu.

Bac. *Quis id ait?* Lach. *Socrus.* Bac. *Mene?* Lach. *Te ipsam: & filiam abduxit suam,*
Puerumque ob eam rem clam voluit, natus qui est, extinguere.

Bac. *Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem,*
Sanctius quam jusjurandum, id pollicerer tibi, Laches;
Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me Pamphilum.
Lach. *Lepida es. Sed scin', quid volo potius sodes facias?* Bac. *Quid, cedo?*
Lach. *Eas ad mulieres, huc intro, atque istuc jusjurandum idem*
Pollicere illis: exple animum iis, teque hoc crimine expedi.
Bac. *Faciam. Quod pol, si esset alia ex hoc quæstu, haud faceret, scio,*
Ut de tali caussa nuptæ mulieri se ostenderet:
Sed nolo falsa fama esse gnatum suspectum tuum,
Nec leviorem vobis, quibus est minime æquom, viderier
Immerito: nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem.

Lach. *Facilem, benevolumque lingua tua jam tibi me reddidit:*
Nam non sunt solæ arbitratæ hæ; ego quoque etiam credidi.
Nunc cum ego te esse præter nostram opinionem comperi,
Fac eadem ut sis porro; nostra utere amicitia, ut voles.
Aliter si facis. Reprimam me, ne ægre quidquam ex me audias.
Verum te hoc moneo unum, qualis sim amicus, aut quid possiem;
Potius quam inimicus, periclum facias. Bac. *Faciam sedulo.*

Di buona voglia... Taci, che non anco
Ho detto tutto quello, che ho voluto.
Or questi ha Moglie, tu d'un altro Amico
Ti cerca, che di lui stabil più sia,
Mentre vi è tempo ancor da consigliarsi,
Perchè egli muterassi a lungo andare,
Nè a lungo andar tu più sarai la stessa.
Bac. Chi dice queste cose? *Lac.* Ella è la Suocera.
Bac. E le dice di me? *Lac.* Di te le dice:
E si è condotta la sua Figlia a Casa.
E volle a tal cagione ascosamente
Dar morte al Figliolin nato di fresco.
Bac. S'altro vi fusse di più santo al Mondo,
Che il giuramento, onde le mie parole
Maggior fede acquistassero appo voi,
Lachete, io ti farei certo per quello,
Che da che prese Panfilo Mogliera,
Da me stette lontano. *Lac.* Tu sei cara,
Ma sai quel, che da te piuttosto io voglio?
Bac. Dì pur ciò, che tu vuoi. *Lac.* Che vada dentro
Da queste Donne, e che tu faccia loro
Cotesto giuramento, e in questo modo
Lor d'affanno torrai, e te di colpa.
Bac. Farollo, e farò cosa certamente,
Che un'altra pari mia non la farebbe,
Cioè per tal cagion farsi vedere
A Donna maritata.
Ma non vo' mica, che ti sia sospetto
Di così falsa fama il tuo Figliuolo,
E che da voi (che fora cosa ingiusta)
A torto sia creduto un Uom leggiero,
Che sempre ei meco si portò in tal modo,
Che dove io possa gli farò piacere.
Lac. Già il tuo parlare mi t'ha fatto amico,
Che di ciò non solo esse han sospettato,
Ma l'ho creduto anche Io, or che ho trovato,
Che quella tu non sei, che noi pensammo,
Ti prego tale a mantenerti; e poi
Serviti pur di me come t'aggrada.
S'altrimenti farai... ma stiamo cheti,
Acciò che non mi scappi dalla bocca
Qualche detto pungente. Una sol cosa
Io ti vo' dire, e ti ci esorto a farla,
Cioè che tu piuttosto faccia prova
Di quello che a tuo pro possa il mio amore,
Che l'odio, e l'ira mia a' danni tuoi.
Bac. Farollo prontamente.

ACTUS QUINTI / ATTO QUINTO

SCENA SECUNDA / SCENA SECONDA.

Ter. Hecyra — Fig. XVII.



Act V. Scena II

Phidippus, Laches, Bacchis.

Phid. N*ihil apud me tibi defieri patiar, quin, quod opus sit,*
Benigne præbeatur.
Sed cum tu satura, atque ebria eris, puer ut satur sit, facito.
Lach. *Noster socer, video, venit: puero nutricem adducit.*
Phidippe, Bacchis dejerat persancte.
Phid. *Haeccine ea est?* Lach. *Hæc est.*
Phid. *Nec pol istæ metuunt Deos: neque has respicere Deos opinor.*
Bac. *Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire.*
Hæc res hic agitur: me facere Pamphilo ut uxor redeat,
Oportet: quod si perficio, non pænitet me famæ,
Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.

Lach. *Phidippe, nostras mulieres suspectas falso nobis*
In re ipsa invenimus: porro hanc nunc experiamur. Nam si
Compererit falso crimini tua se uxor credidisse,
Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam, id leve est: cito ab eo hæc ira abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est, quod sit diffidio dignum.

Phid. *Velim quidem hercle.* Lach. *Exquire: adest: quod satis sit faciet ipsa.* Bac. *Faciam.*

Fidippo, Lachete, e Bacchide.

Fid. NOn soffrirò, che mai ti manchi nulla
In Casa mia, e quel che ti bisogna
Farò che ti sia dato volentieri;
Ma quando tu sarai ebria, e satolla,
Fà che satollo sia anco il Fanciullo.
Lac. Ecco il Suocero nostro, che a noi viene,
E si è condotta pe'l Fanciul la Balia,
Fidippo, ecco qui Bacchide, che giura.
Fid. Cotesta è quella? *Lac.* Sì questa è. *Fid.* O coteste
Sono il caso a giurar!, non han timore
De gli Dei, nè gli Dei riguardan esse.
Bac. Ecco qui le mie Fanti. Sovra loro
Usate ogni tormento, onde possiate
Saperne il netto. Di presente solo
Si tratta a far, che Panfilo ritorni
Colla sua Moglie, il che se ottengo mai,
Non pentirommi d'aver preso grido
Di quello far, che le altre Meretrici
Sfuggon di fare. *Lac.* Abbiam tocco con mano
Fidippo, come a torto s'è da noi
Preso sospetto delle nostre Donne.
Or si provi costei, che se per sorte
La tua Donna vedrà che prese errore,
Darà di bando all'ira, e se il mio Figlio
Non per altra cagione era sdegnato
Se non per aver lei celato il Parto,
Questa è lieve cagione, e presto presto
Ritornerà a calmarsi. E a dirla giusta
In questo affar non vi è nulla di male,
Che possa esser motivo di discordia.
Fid. Io lo vorrei pur troppo. *Lac.* E tu lo cerca
Da questa, ella è presente, e son sicuro,
Che saprà sodisfarti. *Bac.* Ed io farollo.

Phid. — *Fid.*

Phid. *Quid istæc mihi narras? an quia non tute audisti dudum*
De hac re animus meus ut sit, Laches? illis modo explete animum.

Lach. *Quæso ædopol, Bacchis, quod mihi es pollicita tute, ut serves.*

Bac. *Ob eam rem vis ergo introeam?* Lach. *I, atque exple animum iis, ut credant.*

Bac. *Eo: etsi scio pol his fore meum conspectum invisum hodie:*
Nam nupta meretrici hostis est, a viro ubi segregata est.

Lach. *At hæ amicæ erunt, ubi quamobrem adveneris, rescifcent.* Phid. *Atqui*
Easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognorint:
Nam illas errore, & te simul suspicione exolves.

Bac. *Perii, pudet Philumenæ: me sequimini intra ambæ.*

Lach. *Quid mi est, quod malim, quam quod huic intellego evenire, ut*
Gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit?
Nam si est, ut hæc nunc Pamphilum vere ab se segregarit;
Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam & gloriam esse;
Referet gratiam ei, unaque opera nos sibi amicos junget.

Fid. Ma perchè tu mi narri queste cose?
Quasi che tu non sappia intorno ad esse
L'animo mio. A lor manda costei,
Perchè ogni dubbio tolga lor di testa:

Lac. Bacchide mia, ti prego a mantenermi
Quel, che or ora di far mi promettesti.


Bac. Cioè che io vada dalle vostre Donoe?

Lac. Sì vanne a loro, e fà tutto lo sforzo,
Che ti prestino fede. *Bac.* Ancorchè io sappia
Che io lor dispiacerò, pure anderovvi,
Perchè nemiche a noi le maritate
Sou quando separate dal marito
Vivono. *Lac.* E queste ti saranno amiche,
Quando sapranno, perchè a lor ne vai.

Fil. Ciò ti prometto aoch'io; poichè in tal modo
Lor toglierai d'error, te di sospetto.

Bac. Ahimè di Filomena io mi vergogno:
Seguitemi quà dentro ambedue voi.

Lac. Nulla accadere mi potea più grato,
Che quel, che intendo, che debba avvenire
A questa che si debba con coloro
Riconciliare senza alcuna spesa,
E col vantaggio mio: perchè se è vero,
Che Panfilo da se tenga lontano,
Essa bèn s'avvedrà per questa cosa
Quanto splendore a sè, ricchezze e gloria
Sarà venuto, e gli fia sempre grata,
E noi l'amerem tutti a tal riguardo.



Dom. Misroth sculp.

ACTUS QUINTI — ATTO QUINTO

SCENA TERTIA. — SCENA TERZA.



Parmeno, Bacchis.

Par. *ÆDepol næ eſſe meam herus operam deputat parvi pretii,*
Qui ob rem nullam miſit: fruſtra ubi totum deſedi diem,
Myconium hoſpitem dum exſpecto in arce Callidemidem.
Itaque ineptus hodie dum illic ſedeo, ut quiſque venerat,
Accedebam: Adoleſcens, dic dum quæſo, tun' es Myconius?
Non ſum. At Callidemides? non. Hoſpitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neque eum quemquam eſſe arbitror.
Denique hercle jam pudebat, abii. Sed, quid Bacchidem
Ab noſtra affine exeuntem video? quid huic hic rei eſt?
Bac. *Parmeno, opportune te offers, propere curre ad Pamphilum.*
Par. *Quid eo?* Bac. *Dic me orare, ut veniat.* Par. *Ad te?* Bac. *Immo ad Philumenam.*
Par. *Quid rei eſt?* Bac. *Tua quod nil refert percontari deſinas.*
Par. *Nil aliud dicam?* Bac. *Etiam cognoſſe anulum illum Myrrhinam*
Gnatæ ſuæ fuiſſe, quem olim mihi ipſus dederat. Par. *Scio.*
Tantumne eſt? Bac. *Tantum: aderit continuo, hoc ubi ex te audiverit.*
Sed ceſſas? Par. *Minime equidem: nam hodie mihi poteſtas haud data eſt;*
Ita curſando, atque ambulando totum hunc contrivi diem.

Bac. *Quantam obtuli adventu meo lætitiam Pamphilo hodie?*

Parmenone, e Bacchide.

Par. A Fè, che il mio Padron tienmi da poco!
Che per coſa di nulla là mandommi,
Dove perdei inutilmente il giorno
In aſpettare a' piedi della Rocca
Callidemide l'Oſpite Miconio.
Così ſciocco, mentre io colà mi ſiedo,
M'accoſtava a chiunque indi paſſava,
E domandava lui, ſei da Micene?
Ed ei, Non ſon. Sei forſe Callidemide?
Nè pure. Hai tu qualche Oſpite in tua caſa,
Che Panfilo ſi chiami, e me'l negava,
E credo ben che mi diceſſe il vero.
In fin n'ebbi vergogna, e me n'andai.
Ma Bacchide non veggio, che eſce fuora
Dal noſtro affine? e che vi ha ella a fare!
Bac. Quanto a tempo t'incontro, o Parmenone!
Metti l'ali alle piante, e vola a Panfilo.
Par. Ed a qual fine? *Bac.* Digli, che io lo prego
Acciò che egli ne venga.
Par. A te? *Bac.* Non già, ma venga a Filomena.
Par. Che coſa è queſta? *Bac.* Aſtienti dal cercare
Quello, che non ti tocca. *Par.* Ho da dirgli altro?
Bac. Digli aver la Mirrina conoſciuto
L'anello, ch'ei mi diede, eſſer quel deſſo,
Che era di ſua Figliuola. *Par.* Sollo, e queſta
E tanta coſa? *Bac.* Ella è tanta per certo,
Ed appena ſapralla, che con fretta
Lo vedrai quà volare a ritrovarci.
Ma non ti muovi ancora? *Par.* Io non mi muovo,
Nè muovere mi poſſo per tutto oggi,
Che in correr, e in trottare ho conſumato
Tutta queſta giornata.
Bac. Quanta allegrezza colla mia venuta
Ho recato oggi a Panfilo, e ben quante

Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?
Gnatum ei restitui, qui pene harum, ipsiusque opera periit:
Uxorem, quam numquam est ratus posthac se habiturum, reddo:
Quo re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exolvi.
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inveniundis.
Nam memini, ab hinc menses decem fere ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, sine comite vini plenum,
Cum hoc anulo. Extimui illico: mi Pamphile, inquam amabo,
Quid exanimatus es obsecro: aut unde anulum istum nactus?
Dic mihi. Ille, alias res agere, se simulare. Postquam id video;
Nescio quid suspicarier magis cœpi, instare ut dicat.
Homo se fatetur vi in via nescio quam compressisse:
Dicitque sese illi in anulum, dum luctat, detraxisse:
Eum hæc cognovit Myrrhina in digito modo me habentem:
Rogat, unde sit: narro omnia hæc: inde est cognitio facta,
Philumenam compressam esse ab eo, & filium inde hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor:
Etsi hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim est in rem nostram,
Ut quisquam amator nuptiis lætetur. Verum ecastor
Nunquam animum quæsti gratia ad malas adducam partes.
Ego, dum illo licitum est, usa sum benigno & lepido, & comi.
Incommode mihi nuptiis evenit: factum fateor:
At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi eveniret.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquom est ferre.

Utili cose gli ho portate: e tolte
Cure, e pensieri. Io gli rendo un Figliuolo,
Che per colpa di loro, e per la sua,
Era quasi perduto;
Gli rendo la Consorte, che egli omai
Piangea da sè divisa eternamente,
E di ciò, che sospetto egli era a' vecchi
L'ho liberato: certo che il principio
Fu questo anello a rinvenir tai cose
Che mi sovvien, son già da dieci mesi
Esser venuto in su la prima notte
Panfilo in casa mia tutto anelante
Senza compagno, e ricolmo di vino
Con questo anello; io subito temei;
E dissi: o caro Panfilo, di grazia
Perchè sì rifinito, e d'onde tolto
Hai tu cotesto anello, e poichè io veggo,
Che egli finge ragioni, io più vogliosa
Di saperlo lo stimolo, alla fine
Ei mi confessa in mezzo della via
Aver forzata incognita Fanciulla,
Ed in lottare insieme averle tolto
Quell'anello di dito, e questo anello
E' quel, che oggi Mirrina ha conosciuto
Da me portarsi, e chiedemi onde io l'abbia:
Io le racconto il tutto, indi ha saputo,
Che la forzata incognita Fanciulla
Ella è la Filomena, e'l figlio nato
Per un tal fatto; onde ho sommo piacere,
Che tante cose fortunate, e liete,
Ora per mia cagione ella si goda,
Benchè, ritorno a dir le Meretrici
Non sogliono ciò far, che a noi non torna,
Che l'amante per nozze si rallegri;
Ma io non son di quelle, e per guadagno
Cattivo uffizio io non farò giammai.
Mentre mi fu permesso, egli fu meco
Festevole, benigno, e tutto grazia.
Or mi son dure, è vero, e lo confesso
Queste sue nozze, e solo mi conforto,
Che seco io mi portai di tal maniera,
Che egli presa non l'ha per farmi ingiuria.
Dall'altra parte poi egli è dovere
Sopportar qualche incomodo da quello
Per cui goduti abbiam di molti comodi.

ACTUS QUINTI — SCENA QUARTA.

ATTO QUINTO — SCENA QUARTA.

Ter. Hecyra — *Fig. XIX.*



Act. V. Scena IV.

Pamphilus, Parmeno, Bacchis.

Pam. *VIde, mi Parmeno etiam sodes, ut mi hæc certa & clara attuleris;*
Ne me in breve hoc conjicias tempus, gaudio hoc falso frui.
Par. *Visum est.* Pam. *Certone?* Par. *Certe.* Pam. *Deus sum, si hoc ita est.* Par. *Verum reperies.*
Pam. *Manedum, sodes: timeo ne aliud esse credam, atque aliud nuncies.*
Par. *Maneo.* Pam. *Sic te dixisse opinor, invenisse Myrrhinam,*
Suum annulum habere Bacchidem.
Par. *Factum.* Pam. *Eum quem ego olim ei dedi:*
Eaque hoc te nunciare mihi jussit: itane factum?
Par. *Ita inquam.*
Pam. *Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?*
Egon' te pro hoc nuncio quid donem? quid? quid? nescio.
Par. *At ego scio.* Pam. *Quid?* Par. *Nihil enim.*
Namque in nuncio, neque in me ipse, tibi boni quid sit,
Scio. Pam. *Egone, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,*
Sinam sine munere a me abire? ah nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:
Me expectat credo: adibo. Bac. *Salve Pamphile.*
Pam. *O Bacchis, o mea Bacchis, servatrix mea.*
Bac. *Bene factum, & volupe est.* Pam. *Factis, ut credam, facis:*
Antiquamque adeo tuam venustatem obtines,
Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocunque adveneris,

Sem-

Panfilo, Parmenone, e Bacchide.

Par. AVverti, Parmenon, che queste cose,
Che tu mi narri, sieno certe e chiare,
Acciò che in poco tempo poi non debba
D'ogni speranza rimaner deluso.
Par. Si è ben considerato. *Pan.* E questo è certo?
Par. E' certo. *Pan.* Io sono un Dio, se questo è vero.
Par. Vero lo troverai. *Pan.* Fermati ancora,
Ti prego un poco, temo tuttavia,
Che tu m'inganni, e non mi dica il vero.
Par. Non mi muovo. *Pan.* A me par che così appunto
Abbi tu detto, come la Mirrina
Vide il suo anello aver Bacchide in dito.
Par. Così è. *Pan.* Quell'anello, che una volta
Io le donai, e che di suo comando
Tu questo mi dicessi: è così il fatto?
Par. Egli è così. *Pan.* Chi più di me felice
Può ritrovarsi, e più colmo di gioja?
Ed io qual ti darò per sì gran nuova
Degna mercede, e qual sarà giammai?
Par. Io però solla. *Pan.* Quale? *Par.* Nulla affatto,
Perchè non so, che cosa sia di buono
In questa nuova, e in me, che te la porto.
Pan. Che io ti lasci partir senza mercede,
Quando da morte m'hai tornato in vita!
Ah non tenermi mai per tanto ingrato
Ma Bacchide vegg'io, che sta sull'uscio.
Credo, che ella m'aspetti. Andronne a lei.
Bac. Panfilo ti saluto. *Pan.* O bella Bacchide,
Bella Bacchide mia, mia salvatrice.
Bac. Andò bene la cosa, e n'ho piacere.
Pan. Operi tu co i fatti, onde io ti creda,
E veggio ben, che sempre tu ritieni
La solita tua grazia, per la quale
O in te m'abbatta, o ragionar t'ascolti,
O dovunque tu giunga tu mi sei

Sem-

Semper sit. Bac. *At tu ecastor morem antiquum, atque ingenium obtines,*
Ut unus omnium homo te vivat numquam quisquam blandior.

Pam. *Ha, ha, hæ, tun' mihi istuc?* Bac. *Recte amasti Pamphile, uxorem tuam:*
Nam numquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram:
Perliberalis visa est. Pam. *Dic verum.* Bac. *Ita me dii ament Pamphile.*
Pam *Dic mihi, harum rerum numquid dixti jam patri?* Bac. *Nil.* Pam. *Neque opus est*
Adeo mutito: placet hoc non fieri itidem, ut in comœdiis,
Omnia ubi omnes resciscunt. Hic, quos par fuerat resciscere,
Sciunt; quos non autem scire æquom est, neque resciscunt, neque scient.

Bac. *Imo etiam, hoc qui occultari posse facilius credas, dabo:*
Myrrhina ita Phidippo dixit, jurijurando se meo
Fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum.

Pam. *Est optume:*
Speroque rem hanc esse eventuram nobis ex sententia.
Par. *Hera, licet scire ex te, hodie quid sit quod feci boni?*
Aut quid istuc est, quod vos agitis? Pam. *Non.* Par. *Suspicor tamen.*
Ego ne ab Orco hunc mortuum? quo pacto? Pam. *Nescis Parmeno,*
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna extraxeris.
Par. *Imo vero scio, neque hoc imprudens feci.* Pam. *Ego istuc sati' scio.* Par. *An*
Temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto usu' sit?
Pam. *Sequere me intro Parmeno.* Par. *Sequor. Equidem plus hodie boni*
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam.
Vos valete, & plaudite.

Sempre cara. *Bac.* Di te posso a ragione
Dir ciò, che in nulla ti veggio mutato,
E sei qual fosti amabile, e gentile,
E lo sei tanto, che non vive alcuno
Tra gli Uomini di te, che abbia più grazia.
Pan. Ah ah si belle lodi a me tu dai?
Bac. Con ragione ami tu la tua Consorte,
Che fino ad ora io non avea veduta,
E m'è paruta certo onesta, e bella.
Pan. Veramente? *Bac.* Così m'amin gli Dei,
Panfilo mio, siccome io dico il vero.
Pan. Or dimmi un poco hai tu di queste cose
Nulla detto a suo Padre? *Bac.* Nulla affatto.
Pan. Nè ve n'era bisogno, e però segui
A tacerle: che il fare ciò, che fassi
Nelle Commedie, dove tutto a tutti
Si ha da narrar, dispiacemi all'estremo.
Qui la cosa, che importa, che si sappia,
Quei già la san, che debbono saperla,
Gli altri non già, a quai non è ragione
Il dirla, e questi non sapranla mai.
Bac. Anzi, perchè più facilmente possa
Celarla, io ti vo' dir quel, ch'è passato:
Hai da saper, come a Fidippo disse
Mirrina aver creduto a' giuri miei,
E che perciò l'eri tornato in grazia.
Pan. Benissimo: ed ho speme omai sicura,
Che ci andrà questa cosa a nostro modo.
Par. Padrone, si potria da te sapere,
Che cosa in oggi abbia io fatto di buono?
O che cosa trattate tra voi due!
Pan. Non si può. *Par.* Ma forse io me l'indovino.
Ma come ho fatto a far tornare io vita
Il mio Padrone? *Pan.* Parmenon non sai
In questo giorno il ben, che tu m'hai fatto,
E da quante miserie tu m'hai tolto.
Par. Lo so, nè quel, che feci, io feci a caso.
Pan. A bastanza m'è noto. *Par.* Parmenone
Non è di quelli, che trascuri un jota
Di ciò, che egli far dee pe'l suo Padrone.
Pan. Vien meco in casa Parmenone. *Pa.* Io vengo.
Affè che ho fatto in oggi assai più bene
Senza saperlo, che a' miei dì giammai
Facessi, ancor che io ci pensassi a farlo.
Date plauso.

IL FINE.

SENTENTIÆ TERENTIANÆ

Suis quæque, unde fluxerunt, paginis notatæ, atque descriptæ: ut nullo negotio locos earum reperiant studiosi.

EX ANDRIA

PROLOGO.

Faciunt næ intelligendo ut nihil intelligant pag. XXIII
Ut quiescant porro moneo, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.

Actu primo. Scena prima.

ID arbitror
Adprime in vita utile esse, ut ne quid nimis 2
Hoc tempore
Obsequium amicos, veritas odium parit. ibid.
Ingenium est
Omnium hominum a labore proclive ad libidinem
Si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnum, ut malum? 3
Mala mens, malus animus. 4

Scena secunda.

Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. 6
Davus sum, non Oedipus. ibid.

Scena tertia.

Seni verba dare, difficile est. 7

Scena quinta.

Facta, transacta omnia. 10
Aliquid monstri alant. ibid.
Dum in dubio est animus, paulo momento huc, illuc impellitur. 11

Actu secundo. Scena prima.

Quoniam id fieri quod vis non potest, velis id quod possit. 13
Facile omnes cum valemus, recta consilia ægrotis damus. ibid.

Scena quinta.

Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,
Omnes sibi melius malle esse, quam alteri. 20

Actu tertio. Scena prima.

Fidelem haud ferme mulieri invenias virum. 23
Ego in portu navigo. 24

Scena tertia.

Amantium iræ, amoris redintegratio est. 28

Actu quarto. Scena prima.

Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam ut siet,
Ut malis gaudeat, atque ex incommodis
Alterius, sua comparet ut commoda? 33

Scena secunda.

Valeant. Qui inter nos dissidium volunt. 35
Non Apollinis magis verum, atque hoc responsum est.

Scena quinta.

Mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix. 39
Fallacia alia aliam tradit. 40
Paulum interesse censes ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de industria? ibid.

Scena sexta.

Sic ut quimus, quando ut volumus, non licet 41

Actu quinto. Scena prima.

Beneficium verbis initum re comprobes. 43

Scena secunda.

Omnis res est jam in vado. 45

Scena tertia.

Pro magno peccato, paululum supplicii satis est patri 48

Scena quarta.

Si mihi pergit, quæ volt dicere: ea quæ non volt, audiet. 50
Nodum in scirpo quæris. ibid.

Scena quinta.

Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quod voluptates eorum propriæ sunt. 52

Scena sexta.

More hominum evenit, ut quod sim nactus mali,
Prius rescisceres tu, quam ego quod tibi evenit boni. 53
Somniat ea, quæ vigilans voluit. ibid.

EX EUNUCHO

PROLOGO.

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius. 68

Actu primo. Scena prima.

QUæ res in se neque consilium, neque modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt vitia, injuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum: incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias 59

Scena secunda.

Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis. 61

Actu secundo. Scena prima.

Ejicienda mollities animi. Stat sententia. 66
Adeon' homines immutarier
Ex amore, ut non noscas eundem esse! ibid.

Scena secunda.

Dii immortales, homini homo quid præstat,
Stulto intelligens quid interest!
Omnia habeo, neque quidquam habeo: nihil cum est, nihil defit tamen. ibid. *Tota errat via.* 67
Vide' otium, & cibus quid faciat alienus? 68
Hic homines frigent. ibid.
Omnium rerum vicissitudo est. ibid.

Scena tertia.

Matres student (scilicet filias)
Demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient.
Si qua est habitior paulo, pugilem esse ajunt: deducunt cibum.
Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. 71
Istæc in me cudetur faba 7:

Actu tertio. Scena prima.

Par pari referto. 7·

Scena secunda.

E flamma te petere cibum posse arbitror. 7'

Actu quarto. Scena quinta.

Sine Cerere & Libero friget Venus. 90. & seq

Scena sexta.

Tu quod cavere possis, stultum admittere est 9:

Scena septima.

Consilio omaia prius experiri, quam armis sapientem decet. 94
Novi ingenium mulierum,
Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. ibid.

Actu quinto. Scena prima.

Ovem lupo commisisti. 95

Scena secunda.

Sæpe
Ex malo principio, magna familiaritas.
Conflata est. 97

Scena quarta.

Mihi puto palmariam (id est, palma dignum) 99 & seqq.
Me reperisse, quomodo adolescentulus
Meretricum ingenia, & mores posset noscere,
Mature, ut cum cognorit, perpetuo oderit,
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quicquam, nec magis elegans:
Quæ cum amatore suo cum cœnant, ligurinat.
Harum videre ingluviem, sordes, inopiam,
Quam inhonestæ solæ sint domi, atque avidæ cibi:
Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent:
Nosse omnia hæc, salus est adolescentulis.

Scena sexta.

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit.
Ubi satias cœpit fieri commuto locum. 102
Aliud ex alio malum. ibid.

Scena septima.

Egomet meo indicio miser, quasi sorex, hodie perii 105

Scena nona.

Satis diu hoc jam saxum vorso. 109

EX HEAUTONTIMORUMENO

Actu primo. Scena prima.

Tantumne est ab re tua otii tibi
Aliena ut cures, eaque nihil quæ ad te attinent?
Homo sum, humani a me nil alienum puto. 116, & seq.

Scena secunda.

Bona (scilicet fortunæ)
Perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:
Qui uti scit, ei bona: illi qui non utitur recte, mala.
Quem ferret, si parentem non ferret suum?
Parentum injuriæ
Unjusmodi sunt ferme, paulo qui est homo tolerabilis.
Scortari crebro nolunt, nolunt crebro convivarier:
Præbent exigue sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia. ibid.
Ubi animus semel se cupiditate devinxit, mala
Necesse est consilia consequi consimilia 120

Actu secundo. Scena prima.

Quam iniqui sunt patres in omnes adolescenteis judices!
Qui æquum esse censent, nos jam a pueris illico nasci senes:
Neque illarum affines esse rerum, quas fert Adolescentia.
Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.
Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu siet. 121
Næ ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam. ibid.

Scena secunda.

Pergin' istuc prius dijudicare, quam scis quid veri sit?
Nosti mores mulierum:
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. 123

Scena tertia.

O Jupiter, ubi nam est fides? 124
Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile. 126
In aurem utramvis otiose dormias. 127
Tu es judex, ne quid accusandus sis, vide. ibid.

Actu tertio. Scena prima.

Senes est æquum senibus obsequi. 130
Vulgo audio dici, diem adimere ægritudinem hominibus. ibid.
Deteriores omnes sumus licentia. 132
Itan' comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius ut videant, & judicent,
Quam sua? An eo fit, quia in re nostra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Scena secunda.

Aquilæ senectus. 133

Scena tertia.

Novi ego amantium animos, advertunt graviter quæ non censeas. 135
Nemo est meorum amicorum hodie apud
Quem expromere omnia mea occulta audeam.
Nostrum est intelligere, utcunque, atque ubicunque opus sit, obsequi. ibid.

Actu quarto. Scena prima.

Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum, atque æquum sciunt?
Melius, pejus prosit, obsit: nihil vident, nisi quod lubet. 138
Quanto tuus est animus natu gravior, tanto sit ignorescentior. ibid.
Non licet hominem esse sæpe ita ut vult, si res non sinit. 139

Scena secunda.

In angustum meæ coguntur copiæ. 140
Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus. ibid.
Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possit. ibid.

Scena tertia.

Amici res est videnda in tuto, ut collocetur. 141
Quid si nunc cælum ruat? 142

Scena quarta.

Dictum ac factum reddidi. 145
Jus summum, sæpe summa malitia est. ibid.
Aliis si licet, tibi non licet.
Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. 161

Scena quinta.

Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet,
Quam invitus facias. 146
Loquitor paucula. 147

Actu quinto. Scena prima.

Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier? 152
Mihi ad rastros res redit. 153
Non auderet hæc facere viduæ mulieri, quæ in me fecit. ibid.

Scena secunda.

Disce quid sit vivere. 154
Matres omnes filiis
In peccato adjutrices, auxilio in paterna injuria
Solent esse. 155
Adolescens quam maxima in
Spe situs erit, tam facillime
Boni patris pacem in leges conficiet suas ibid.

Scena quinta.

Hæc dum incipias gravia sunt.
Dumque ignores, ubi cognoris, facilia. 160

EX ADELPHIS

Actu primo. Scena prima.

VAh quemquamne hominem in animo instituere, aut
Parare quod sit charius, quam ipse est sibi? 167
Qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tanta magis audebit ceteros. 168
Pudore, & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quam metu. ibid.
Errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur. ibid.
Malo coactus, qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adjungas, ex animo facit,
Studet par referre, præsens, absensque idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium,
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest. Hoc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare liberis. ibid.

Scena secunda.

Homine imperito nunquam quicquam injustius:
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat 169

Actu secundo. Scena prima.

Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est. 174

Scena secunda.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. 175
Spem pretio non emo.
Nunquam rem facies: nescis inescare homines. ibid.

Scena tertia.

Abs quivis homine, cum opus est beneficium accipere gaudeas. 177

Actu tertio. Scena secunda.

Pejore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est. 182

Scena quarta.

Istud est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere. 186
Ut quisque suum vult esse, ita est. ibid.
Ut homo est, ita morem geras. 187
Quid tu hic agas,
Ubi si quid bene præcipias, nemo obtemperat? ibid.

Scena quinta.

Quam estis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles:
Tam maxume vos æquo animo æqua noscere
Oportet, si vos vultis perhiberi probos. 189
Nimia licentia
Profecto evadet in aliquod magnum malum. ibid.

Actu quarto. Scena prima.

Lupus in fabula. 192

Scena tertia.

Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo
Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis.
Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. 196

Scena quinta.

Adversumne illum causam dicerem,
Cui veneram advocatus?
Credebas dormienti hæc tibi confecturos deos? 200

Scena septima.

Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris.
Si illud, quod est maxime opus, jactu non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
Ipsa si cupiat Salus,
Servare prorsus non potest. 204

Actu quinto. Scena tertia.

Reprime iracundiam, atque ad te redi. 207
Vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia. ibid.
Hoc licet impune facere huic, illi non licet:
Non quod dissimiles res sit, sed quod is qui facit. 208
Ad omnia alia, ætate sapimus rectius,
Solum unum hoc vitium adfert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est. ibid.

Scena quarta.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, usus semper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat, ut illa quæ te scire credas,
Nescias.
Et quæ tibi putaris, prima in experiundo repudies.
Re ipsa comperi,
Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia. 210

Scena octava.

Vitium commune omnium est,
Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus hanc maculam decet nos
Effugere. 217
Suo sibi hunc gladio jugulo. ibid.

EX PHORMIONE

Actu primo. Scena prima.

QUam inique comparatum est, ii qui minus habent,
Ut semper aliquid addant ditioribus! 225

Scena secunda.

Ut nunc sunt mores adeo res redit.
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia 226
Cujus tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere verba ei credere? ibid.
Quæ inscita est,
Adversum stimulum calces?
Scisti uti foro. ibid.
Nunquam æque ac modo
Paupertas mihi onus visum est & miserum & grave. ibid.
Quod sors feret, feremus æqua animo. 227

Scena tertia.

Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet. 230

Scena quarta.

Laterem lavem. 231
Fortes fortuna adjuvat. 232
Egomet me novi, & peccatum meum. ibid.

Actu secundo. Scena prima.

Omnes, cum secundæ res sunt maxime, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto advorsam ærumnam ferant. 233
Pericla, damna, exilia peregre rediens semper cogitet, aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ.
Communia esse hæc, fieri posse: ut ne quid animo sit novum.
Quicquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. 234
Ecce similia omnia, omnes congruunt:
Unum cognoris, omnes noris. ibid.
Judices sæpe propter invidiam adimunt diviti;
Aut propter misericordiam addant pauperi.
Servum hominem causam orare leges non sinunt,
Neque testimonii dictio est. 235

Scena secunda.

Tute hoc intristi: tibi omne est exedendum. 236
Vereor ne istæc fortitudo in nervum erumpat denique. ibid.
Pedum visa est via. ibid.
Non rete accipitri tenditur, neque milvio, &c. 237
Cœna dubia apponitur. ibid.

DE P. TERENTII VITA

Ejusque Comœdiis ex ipsius persona Hexastichon.

Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ,
Romanis ducibus bellica præda fui.
Descripsi mores hominum juvenumque senumque:
Qualiter & servi decipiunt dominos:
Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus.
Hæc quicunque leget, sic puto, cautus erit.

I N D E X

Verborum veterum, & raro ufitatorum apud TERENTIUM.

Primus numerus actum, fecundus fcenam, tertius verfum indicat.

A

B

C

D

Diver

Nam

N

O

P

Q

R

S

Tamen

T

V





